This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07591568 0

Plantï
Vilayan

Titus Marcius Plautus

F. Alex. Nelson.

M. A. PLAUTI

AULULARIA.

AD FIDEM CODICUM

QUI IN BIBLIOTHECA MUSEI BRITANNICI EXSTANT

ALIORUMQUE NONNULLORUM

RECENSUIT:

NOTISQUE ET GLOSSARIO LOCUPLETE

INSTRUXIT:

JACOBUS HILDYARD, A.M.

COLL. CHRISTI APUD CANTAB. SOCIUS.

CANTABRIGIÆ:

TYPIS ACADEMICIS EXCUDIT J. W. PARKER.

VENEUNT APUD J. ET J. J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ

ET J. W. PARKER, LONDINI.

M.DCCCXXXIX.

ASTOR LIBRARY
OCT
1905
NEW YORK

19054-

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

PRÆFATIO.

Jam tres ferme anni sunt, cum aliam Plauti fabulam ad id exemplum quod in Menæchmis edendis exhibuerim, me paucos post menses in lucem daturum promiserim. Et quidem, si proposito meo omnino stetissem, nec nisi Bothii textum, adjectis notulis quibusdam, et verborum inusitatiorum glossario, edidissem, fortasse haud opinione mea et promissis falsus essem repertus. Quis autem nescit quotidianas istas promissorum temere effusorum frustrationes? quis promittentium excusationes? Quis unquam aut librum edidit, aut se editurum prædicavit, nec se innumeris inopinatisque impedimentis præpeditum esse, quo minus promissis staret, expertus est? Cavere igitur in posterum, usu doctus, meminero; interea lectorem placatum forsan habuero, quum hac nostra fabula perlecta, illud optime monitum invenerit,

"Qui homo culpam admisit in se, nullu'st tam parvi pretii,
Quem pudeat, quom purget sese."—

Illud tamen spero ex mora nostra beneficium Plauto contigisse, ut, si non emendatior ejus fa-

editionem in manus ceperint, ne argutiis ejus metricis confidentius se addicant; siquidem persuasum mihi habeo, ex Librorum MStorum diligentissima collatione, eum passim in hoc scopulo naufragium fecisse, imo centies et se et Plautum, ex nimia in hac re temeritate sua, pessum dedisse. Servavi tamen plerumque quales ille, in curis secundis, Plauti versus, difficilioris quotquot metri sunt, reliquerit. Cur enim ad ingratum opus, eorum de novo ordinandorum, me accinxerim?—An quia deessent humanæ arrogantiæ, an quia humanæ imbecillitatis exempla?—Sciant qui Bentleium, sciant qui Hermannum, sciant qui Butlerum, sciant qui Porsonum quoque his studiis, ne dicam his nugis, operas suas impendentes prosecuti sint, quam vanæ hominum spes antiqui rhythmi normam et subtilitatem assequendi. Non quod dicam, hæc studia, quia aliquando laboris pretium haud referant, ideo omnino esse omittenda; sed vereor ne, specie inani decepti, solidiora nonnunquam et vera commoda amiserimus, nec quam appetiverimus umbram adeo attingere potuerimus. Satis dictum sit, ne Plautinos numeros neglexisse videar, Plautinorum salium plus justo studiosus: horum me confiteor amantissimum, haud ob facetias magis, quam ob Latinitatem quam frustra alibi requiras. Apage igitur, qui Auctori optimo difficultates non suas

obvolvere studuerit: salvete, si quorum opera effectum sit, ut pellucidior indies elegantiarum omnium fons, rosisque suis redolentior, spinisque noxiis et urticis alienis liberior, scaturire latius et jam redundare inceperit.

Dabam Coll. Christi Cantab.
Prid. Kalend. Mart. MDCCCXXXIX.

RECENSUS CODICUM,

QUIBUS AD HANC FABULAM EDENDAM USUS SUM.

I.

Tres sunt imprimis Codd. Vindobonenses, quorum titulos placet ex luculento Catalogo Codicum Manuscriptorum Bibliothecæ Palatinæ Vindobonensis, a Viro doctissimo Stephano Endlicher nuperrime digesto, exscribere.

V. 1. 110. φ. 91. Codex manuscriptus membranaceus, sæculi XV. foliorum 97, in folio.—M. Accii Plauti Comœdiæ: Amphitruo, Asinaria, Aulularia, Captivi, Curculio, Casina, Cistellaria, Epidicus.

Inscriptio: "*Plauti Asinii Clarissimi Poete Comici Comedia incipit, cui titulus est Amphitruo,*" et sic in ceteris. In calce adscriptum est Vulcatii Sedigiti de poetis comicis judicium (e Gellio Noct. Attic. XV. 24.) hac inscriptione: "*Ex libro egidii nigidii quem de poetis scripsit.*" Extremæ ultimi folii oræ librarius nomen suum adscripsit: "*Antonius pallacius.*"

V. 2. 111. S. 4. Codex manuscriptus membranaceus, sæculi XV. literis initialibus pictis et auro distinctis, foliorum 297, in folio.—M. Accii Plauti Comœdiæ XX.

f. 1. Amphitruo.—f. 17. Asinaria.—f. 31. v. Captivi.—f. 48. v. Curculio. —f. 61. Aulularia.—f. 75. Casina.—f. 90. v. Cistellaria.—f. 99. v. Epidicus.— f. 116. Bacchides.—f. 131. v. Mustellaria.—f. 148. Menæchmus.—f. 161. Miles gloriosus.—f. 181. v. Mercator.—f. 196. Pseudolus.—f. 214. Pœnulus.—f. 232. Persa.—f. 244. Rudens.—f. 262. Stichus.—f. 271. Trinumus.—f. 287. Truculentus; (abrumpitur *act. IV. sc. III. v.* 54.)

Codex e bibliotheca archiepiscopali Salisburgensi ad nos translatus, in fronte præter arma Matthiæ Corvini, Hungariæ et Bohemiæ regis, adpictum habet aliud scutum infulatum, leonem rubrum in campo aureo, liliumque album cum duabus stellis aureis in campo cæruleo exhibens, quod ad Ioannem III. archiepiscopum Salisburgensem referendum esse videtur.

V. 3. 3168. φ. 90. Codex manuscriptus chartaceus, sæculi XV. exeuntis, foliorum 294, in folio.—M. Accii Plauti Comœdiæ XX.

f. 1. Amphitruo.—f. 24. v. Asinaria.—f. 40. Aulularia.—f. 52. Captivi.— f. 70. v. Curculio.—f. 82. Casina.—f. 95. v. Cistellaria.—f. 103. Epidicus.— f. 116. Bacchides.—f. 132. Mostellaria.—f. 194. Menæchmus.—f. 166. v. Miles

gloriosus.—f. 188. Mercator.—f. 202. v. Pseudolus (prologi nonnisi ultimi duo versus adsunt).—f. 220. Pœnulus.—f. 235. v. Persa.—f. 246. Rudens.—f. 261. v. Stichus.—f. 270. Trinumus.—f. 283. Truculentus.

Primis foliis adscripta sunt veterum auctorum de Plauto testimonia, Ioviani Pontani manu. Possessores codicis thecæ nomina sua adscripserunt: Iovianus Pontanus, Antonius Panormitanus, Antonius Feltrius et Ioannes Sambucus. In fine a manu recentiori annus 1243 (?) est adscriptus.

Ex his tribus, unice V. 2, lineis haud distinctis, sed sermone quasi pedestri, scriptus est, isque optimæ auctoritatis liber jure habendus est. Notulas quasdam in margine additas habet V. 3, sed neque illas operæ pretium esse duxi exscribere, neque, si aliter essem animatus, copia mihi alias res agenti fuit exscribendi. V. 1, denique, haud spernendas aliquoties lectiones exhibet, licet idem, ut fit, magis quam reliqui duo mendis vitiisque deformibus laboret.

II. Butleri codices duo.

B. a. Plauti Comœdiæ VIII. Fol. Chartac: Sæc. XIV.

Continet, Amph. Asin. Capt. Curc. Cas. Cist. Epid. (mutilus in principio; incipit enim ab Act. III. Sc. III, "Non oris causa," etc.) Aulul.

In fine libri est Epigramma hoc non inelegans adscriptum,

"Sparsa comam, atque genas lacerata Comœdia, ferme
Te vita functo mortua, Plaute, jacet."

B. b. Plauti Comœdiæ VIII. 4to. in membranis. Sæc. XV.

Continua oratione, et litteris, ut aiunt, Gothicis scriptus. Continet Amph. Asin. Aulul. Capt. Curc. Cas. Cist. Epid. His, in fine libri, et eadem manu exaratus, adjungitur, "Amphitruo non acta in scena sed noviter metrificata." Incipit,

"Græcorum studia nimiumque diuque secutus,
Amphitrion aberat, et sibi Geta comes."

Sed cum hoc carmen anno abhinc proximo editum sit, sub titulo Vitalis Blesenis Geta, [Londini. 1838.] non est cur diutius in eo describendo commorer; nisi obiter monendum censeo, poema illud, si quando iterum typis mandetur, hujus Codicis collatione auctius proditurum esse, cum ejus adeundi facultatem comiter Reverendissimus hujus libelli possessor Editori erudito indulserit.

Restat tertius Butleri Codex, cui titulum B. c, indidi; cujus vero ad hanc fabulam non usum habui, ut quæ absit a numero earum quæ in illo volumine contineantur. Ne tamen quis ægre abesse ferat, cum loco ejus habeamus fabulas alias

quarum paucissima alibi exemplaria hodie reperire est. Inter has numeranda est Menæchmei fabula, cujus cum novam et auctiorem editionem in eo sumus ut typis mandemus, occasionem opportunam ejus Codicis et tractationem et descriptionem faciendi habebimus.

III. Codices XII, qui in Bibliotheca asservantur Musei Britannici.

A. Codex Arundelianus. 4to. Chartac: folior: 142. Sæc. XV.

338. Continet Comœdias septem priores, et fragmentum octavæ; notulis marginalibus et interlinearibus instructus.—Fabularum ordo est, Amph. Asin. Aulul. Capt. Curc. Cas. Cist. Epid.—Liber hic olim penes Societatem Regalem Londinensem fuit, sed nuper [anno 1831,] in Museum Britannicum translatus est. Habet in fronte impressum, "Soc. Reg. Lond. ex dono Henr. Howard Norfolciensis." Est sane auctoritatis haud spernendæ Codex, litteris Gothicis, iisque plerumque contractis, exaratus, haud sane lectu facilis, et nonnunquam corruptissimus, habens tamen quare minime evolvisse quenquam pœniteat. Glossæ sunt in margine copiosissimæ, sed tam litteris minutis conscriptæ, ut legentis acumen magna ex parte effugiant.

B. 1. Codex Burneianus. Fol. Membranaceus. paginarum 593.
226. Sæc. XV.

Specie magis quam auctoritate pretiosus; est enim splendide scriptus a manu Italica, fronte et prioribus cujusque fabulæ litteris illuminatis. Continet viginti Comœdias, hoc ordine; Amph. Asin. Aul. Capt. Curc. Cas. Cist. Epid. Bacch. Most. Men. Mil. Merc. Pseud. Pœn. Pers. Rud. Stich. Trin. Trucul.

B. 2. Codex Burneianus. Quondam Petri Podalyrii Anticii. Fol.
227. Membranaceus. foliorum 110. Sæc. XV. (ineuntis?)

Litteris Italicis luculente scriptus; fronte illuminata, litterisque auratis pictisque singulæ scenæ, (nisi sub finem voluminis,) præfixis. Haud multum distat a B. 1, nisi quod aliquando mendosior est; habet notulas nonnullas, plerumque textus corrigendi causa margini adscriptas.

Continet fabulas octo priores, eodem ordine quo in Cod. B. 1, digestas.

H. 1. Codex Harleianus. Chartac: foliorum 110. Sæc. XIV.
2476. exeuntis; vel XV. ineuntis.

Habet glossas hic illic marginales et interlineares, sed haud magni pretii. Est fidei plerumque haud spernendæ Codex, aliquando autem vitiis deformibus turpatur; verbi causa, conf. vv. 464—469. Continet easdem VIII. Comœdias, et eodem ordine quo in B. 1, dispositas.

H. 2. Cod. Harl. 4to. Membranaceus. Sæc. XV.
2634. Optimæ auctoritatis Codex. Manu Italica exaratus. Habet notas glos-

sasque marginales haud ita spernendas, quibusque passim ad hanc fabulam illustrandam usus sum.

Continet Comœdias VIII. easdem quas Supra dedimus.

H. 3. 2776. Cod. Harl. Membran: pro Sæc. XV. habitus; sed est ætatis, ut videtur, aliquanto vetustioris.

Eleganter manu Italica scriptus; in fronte, et prioribus cujusque fabulæ litteris, illuminatus; scenæ cujusque litteris initialibus minio et colore cæruleo pictis. Quod ad auctoritatem, plerumque cum H. 1, consentit; quicum easdem fabulas, et eodem ordine exhibitas, sine glossis notisve continet.

H. 4. 3439. Cod. Harl. 4to. Chartac: Sæc. XIV. vel fortasse Sæc. XV. ineuntis.

Litteris Gothicis, currenti, ut aiunt, stylo descriptus, et lectu aliquando difficilis. Absunt litteræ initiales, ut quæ pictori destinatæ essent, nec tamen ab eo effectæ. Continet VIII. priores fabulas, eodem quo Supra ordine dispositas, nisi quod nostra fabula, ad calcem rejecta, caret iis quæ post v. 527, in reliquis exemplaribus leguntur.

H. 5. 4704. Cod. Harl. Membran: paginarum 234. Sæc. XIV. vel potius XIII.

Est litteris Gothicis scriptus; eoque pluris auctoritatis quod nonnunquam habeat lectiones cæteris Codicibus incognitas, licet identidem præ omnibus aliis fœdas maculas exhibeat. Præ se fert antiquitatis speciem, versibus plerumque continue, (metrorum lege solutis,) exhibitis. Notas habet marginales, glossasque interlineares, paucas eas quidem, nec quas operæ pretium fuit excerpere.

Continet VIII. fabulas, ordine Supra memorato digestas; h. e. Aulularia ad calcem rejecta, et ad v. 786, continuata; ubi vero librarii manu scribitur, "Plauti Asinii poetæ clarissimi explicit Aulularia Comedia *Teroia.*"

H. 6. 5285. Cod. Harl. Membran: foliorum 98. Sæc. XV. ineuntis; siquidem in fine libri exstat ætatis suæ annus; Vide Infra.

Manu Italica exaratus; copiosis notis glossisque marginalibus instructus, partim ex Nonio laudatis, partim incertæ originis: has, sicut et Codicis H. 2, passim in Glossario meo intertexui. Habet priores cujusque fabulæ litteras illuminatas, cæteras initiales cæruleas.

Continet Comœdias octo jam dictas, Aulularia ad finem rejecta; sed ut in cæteris ad v. 786, tantum continuata. Terminatur liber his verbis,

ΆΓΑθῇ τύχΗ. Ἡ ΒιΒλος τοῦ Σωζομένου. τελος. Kal.' Sextilis M.cccc°xv.

H. 7. 2454. Cod. Harl. Chartac: Fol. continens Commentarios in Plauti Comœdias VIII. foliorum 85. Sæc. XV. ut quidem testatur librarii manus, anno suo, M°.CCCCLXXVIII, ad calcem memorato.

Codex hic, (cui titulum Com: Ms: in notis meis ac glossario indidi,) non est nisi Commentarius in octo Plauti fabulas, scil. Amph. Asin. Capt.

Aulul. Cas. Cist. Epid. Curc. Manu Italica et minutis litteris satis luculente scribitur.—Scholiastes in initio Commentarii in Captivos Dominum Guarinum nominat, unde ætas ejus conjici possit.—Subscriptio libri his verbis concipitur; "Librum hunc Canonicis Regularibus Lateranensibus, in Monasterio divi Joannis baptiste de Viridaria Paduæ agentibus, vir venerabilis ac devotus Christi sacerdos, et bonarum artium cultor, Græce, Latine, Hebraice, æque peritissimus, D. Petrus Montagnana, optima fide, pietatis studio, proque salute adscripsit, atque donavit: quem quisque legens proficiat primum, deinde sit gratus. 1478."

R. 1. 15 C. / XI. Codex e Bibliotheca Regali. Fol. Membranaceus. Sæc. X. foliorum 194.

Codex iste continet, super octo fabulas Plautinas jam dictas, Ciceronis etiam Tusc. Quæst. et Rhetorica. Quod Plautum respicit, Codex hic, aliter pretiosissimus, est in principio, marginibus, et capite ferme paginarum mutilus. Ordinem eundem sequuntur fabulæ quem in Cod. H. 1, dedimus; Aulularium itaque excipit Captivi duo, nulla lacuna aut hiatu relicto, neque (quod in plerisque Codd. factum est,) addito, "Imperfecta fabula," aut "Aulularia non est tota," aut "Quintus Actus deficit." etc.

R. 2. 15 A. / XVIII. Codex Regalis alter. 8vo. in membranis. Sæc. XV. paginarum 161.

Continet octo fabulas easdem, eodemque ordine, nisi quod Aulularia, loco suo summota, in calcem rejicitur; in cujus abrupto termino additur, "Plauti Comici facetissimi Aulularia Comedia Finit." Sequitur Vulcatii Sedigiti de poetis comicis sententia, (Aul. Gell. Lib. XV. 24.) scil.

"Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poetæ comico quoi deferant."...

Consentit plerumque hic Codex cum R. 1, et est verisimiliter ex eodem archetypo, sed scribæ manu minus accurata, confictus.

IV. Codex Cantabrigiensis.

C. Nn. 2. 33. Academiæ Cantabrigiensis Codex, in Bibliotheca publica servatus. Fol. in membranis. Sæc. XV. ineuntis, ut testatur librarius in fine.

Codex iste octo continet fabulas, videlicet, Amph. Asin. Aulul. Capt. Gurgulio. Cassina. Cist. Epid. Est litteris Italicis satis luculente scriptus, versibus haud distinctis. Quod ad auctoritatem, plerumque cum Cod. H. 1, consentit; est tamen ubi huic Codici auxilia debuerim, quæ nullus alius suppeditaverit. Ad calcem Codicis scribæ manu adjicitur, "Scriptum per me" [nomen deletur] "Flor^e. die vigesimo primo decembris, M^o.cccc^o.xv^o."

Præter hunc nullus alius, quod reperio, apud Academiam nostram exstat Plauti Codex. Inter Libros vero Impressos sunt duo, notulis quibusdam Mss. instructi, quorum tamen

alterius vel minimum, alterius nullum omnino ad hanc fabulam instruendam usum habui. Sunt hi libri, in catalogo designati,

AB. 11.12. / 29.30. Plauti Comœdiæ, curis secundis Joh. Philippi Parei, duobus tomis. Neapoli Nemetum. 1619. 4to. cum notis Mss. Jo. Gravii.

AB. 6. / 5. Plauti fabulæ viginti, ex recensione Dousica, Francofurti, 1604. 24mo. cum notulis Mss. Martini Ruari.

Denique, ut aliquando hujus Recensus finem faciam, restat ut Editionis, non illius quidem typis mandatæ, sed eo usque ferme curatæ, a Viro Reverendissimo FRANCISCO HARE, faciam mentionem.

Sunt volumina duo Musei Britannici MStis addita, anno 1783, ex dono Viri nobilissimi Dom. Sandys; in Catalogo figuris 5171 numerata. Prior tomus constat foliorum 294; alter fol: 219.

In principio est nescio cujus auctoris Lectori admonitio, his verbis, "Plautum Francisci Haræi tibi in manus trado, quem promisit quidem ipse multos abhinc annos. Sed, ut non omne tempus in hæc leviora studia contulit, mors eum corripuit, priusquam hoc opus erat omnibus numeris absolutum. Notæ vero erant perfectæ et revisæ, sicut testatur Codex in quo erant transcriptæ, et quidem pars magna erat exscripta in usum Typorum. Prolegomena solum restabant imperfecta. Quum vero hoc opus tantum processerit, haud ingratum fore reipublicæ litterariæ judicavi in medium producere, si non quale esse debuit, at saltem quale et quodcunque sit."

Sequuntur quædam de Metris Plautinis, aliaque nonnulla ad opus suum pertinentia; inter quæ memoratu digna est Epistola erudita Gulielmi Clarke, Cicestriæ, 3tio die Apr. 1752, de Nummi Plautini valore, paginarum quatuor, in quibus locos plerosque ex Nostri fabulis ubi Nummus adhibetur excerpsit, et diligentissima collatione examinavit.

Observationes quidem notæque, quas ipse HARE ad Plautum illustrandum conscripserat, sunt maxima ex parte Criticæ Metricæque, interspersis quibusdam Philologicis; cum tamen opus nostrum usque ad vers. 500, processerit, antequam librorum istorum copia mihi data sit, haud multum sane huic fabulæ profuerunt. Mihi vero reliquas fabulas singulatim edendi operæ intento, hujus aliorumque si quæ adhuc ineditæ sint lucubrationes, aliorum, si quos forte fortuna reperiam, Codicum collationes in medium proferre in animo est. Huic studio, qua res sinant diligentia, incumbenti, ignoscant

Viri litterati si mella aliorum laboribus congesta in alvearium meum condiderim; satisque etiamdum sudoris, in priorum Editorum libris evolvendis, utilibus ab infelicibus separandis, erroribus retegendis, evitandis, me esse sciant expertum. "Quam gravis iste labor," nemo, nisi qui susceperit, intelligere potest; nec tamen suscepti pœnitebit, si labore tuo, utcunque gravi nimioque, aliorum labores in posterum imminuisse tibi contigerit. Hoc unice præmium est in aliorum utilitatem scribentium: hoc si mihi quoque concesserit Juventus Nostra, quorum equidem commodo præcipue consului, (haud immemor mearum in his litteris ediscendis et nunc et olim difficultatum,) abunde fructus reportasse mihi visus ero, honore amplissimo et laude cumulatus.

SIGNORUM EXPLICATIO.

ALD. Aldi Editio Plautina. Venetiis in ædibus Aldi, et Andreæ Asulani Soceri, M.D.XXII. Olim penes Virum desideratissimum, Reginaldum Heber.

BO. Bothii Editio altera, Lips. 1821. cui referendæ sunt citationes passim ex Auctore Nostro in notis et glossario factæ.

BOXH. Boxhornius; e Variorum Notis.

BRIX. Pyladæ Brixiani lucubrationes in Ed. Parm. 1510.

C. C. BALBACH. Observationes ejus Criticæ in Locos quosdam Plautinos. Erlangæ. 1822.

CAMER. Camerarii Notæ in Plautum.

COM. MS. Vide in Recensum Codicum.

DAC. in FEST. Andreæ Dacerii in Festum lucubrationes. Londini. 1826.

DONAT. Donati Commentt. e Variorum Notis, vel ex Edit. Terent. Zeunii. 1820.

DOUZ. Douzæ Commentt. in Plaut. e Variorum Notis.

ED. PRINC. Editio Princeps. Venetiis, 1472. a me Berolini, in Bibliotheca Regia, collata.

FACC. Facciolati et Forcellini, Totius Latinitatis Lexicon; Edidit Jacobus Bailey. Londini. 1828.

FEST. Sext. Pomp. Festus, de verborum significatione. 1602.

GRON. Frederici Gronovii Ed. Lugd. Bat. 1669.

GRON. Lect. Plaut. Joh. Fred. Gronovii Lectiones Plautinæ, Nunc demum editæ e Ms. Amstelædami. 1740.

GRUT. Gruteri Commentt. in Plaut. e Variorum Notis.

GULIEL. Jani Gulielmi Plautinarum Quæstionum Commentarius. Lutetiæ. 1583.

HARE. Francisci Hare, Notæ Criticæ in Plaut. Vide Recensum Codicum.

INTERPR. BRITANN. Fabulæ Plautinæ versibus Anglicis redditæ, a Bonnello Thornton, et Ricardo Warner; Londini. 1767.

LAMB. Lambini Editio. Genevæ. 1622.

NON. Nonius Marcellus, De Proprietate Sermonum. 1602.

PAR. Parei Editio. Francofurti. 1641.

PAR. LEX. Plaut. Parei Lexicon Plautinum. Francofurti. 1614. Hic liber meus fuit olim penes Johannem Fredericum Gronovium. In fine scriptum est, "Hunc librum dono accepi a Patre, Jacobus Gronovius 25° die Mart. 1750."

PARM. Editio Parmensis. 1510. Olim e libris Bibliothecæ Heberianæ.

PAUL. in FEST. Pauli Diaconi epitome Festi. 1692.

RICHT. Tres fabulæ Plautinæ, Amph. Asin. Aulul. ab Ernesto Julio Richter editæ. Norimbergæ. 1833.

ROST. Fred. Guil. Ehrenf. Rostii, opuscula Plautina. Lipsæ. 1836.

SCAL. Scaliger, e Variorum Notis.

TAUBM. Frederici Taubmani Editio. Vittebergæ. 1605.

VARR. M. Terentius Varro, de lingua Latina. 1692.

WEISE. Caroli Herm. Weise, Editio nova Plautina. Quedlinburgi et Lipsiæ. 1837—1838.

ERRATA.

P. 9. v. 25. In Nott. *pro* Infra 331, *lege* Infra 339.
— 15. v. 65. *pro* ambobis *lege* ambobus.
— 19. v. 113. *dele* (,) *post* foras.
— 46. v. 339. In Nott. Critt. ad imum, pro *Nune* lege *Nunc.*
— 48. v. 353. In Nott. Critt. pro *ac sient* lege *fac sient.*
— 80. v. 578. *dele* (,) *post* temere.
— 86. v. 613. *pro* Ibo hinc, etc. *lege* Ibo [hinc] etc. et Vide in Gloss.
— 118. v. 38. *pro* Miserum *lege* Miseram.

M. A. PLAUTI

AULULARIA.

ARGUMENTUM.

SENEX avarus, vix sibi credens, Euclio
Domi suæ defossam multis cum opibus
Aulam invenit, rursumque penitus conditam
Exanguis, amens servat. Ejus filiam
Lyconides vitiarat. Interea senex 5
Megadorus, a sorore suasus ducere
Uxorem, avari gnatam deposcit sibi.
Durus senex vix promittit, atque, aulæ timens,
Domo sublatam variis abstrudit locis.
Insidias servos facit hujus Lyconidis, 10
Qui virginem vitiarat; atque ipse obsecrat
Avonculum Megadorum sibimet cedere
Uxorem amanti. Per dolum mox Euclio
Quom perdidisset aulam insperato invenit,
Lætusque natam collocat Lyconidi. 15

v. 1. Ita Codd. Bothe, *sibi vix.*——2. *Cum*, non elid. Hæc verba contra fidem Codicum transposuit Bo.——8. Ita Codd. *S'nex*, monosyllabice pronuntiandum.——11. *ipse* abest ab omnibus Codd. præter unum H. 3.——12. *credere*, B. 1. H. 1. 5. reliqui omnes *cedere*.——15. *natam*, ita Codd. sed in v. 7, *gnatam*.

ARGUMENTUM ALIUD

(UT QUIBUSDAM VIDETUR,)

PRISCIANI.

A ULAM repertam auri plenam Euclio
V i summa servat, miseris affectus modis.
L yconides istius vitiat filiam.
V olt hanc Megadorus indotatam ducere,
L ubensque ut faciat, dat coquos cum obsonio. 5
A uro formidat Euclio: abstrudit foras;
R e omni inspecta compressoris servolus
I d surripit. Illic Euclioni rem refert:
A b eo donatur auro, uxore et filio.

v. 1. Ita omnes Codd. Bothe, *avarus plenam auri.*——2. *afictus*, H. 5.——6. *foras*, Bo. *fores*, omnes Codd.——7. *Re omni*, Codd. *re*, non elid. *reque*, Bo.——8. *Surpit*, Bo.

ARGUMENTUM

CAMERARII.

Nomen Fabulæ inditum a re, quæ negotium et variat, et reddit copiosiorem expositionem. Ea est olla plena auri, reperta ab Euclione in domo paterna. Hujus senis avarissimi et parcissimi filiam, vi noctu adolescens Lyconides compresserat. Itaque instante partu, cum puellam amaret, et avunculo desponsam esse cognovisset, rem omnem matri indicat, et per hanc impetrat, illa sibi ut nubat. Interea senex de auri custodia delitias facere, et illud tamen amittere. Hinc illæ turbæ querelarum, et error confessionis, factæ injuriæ. Tandem adolescens de servo suo cognoscit, quid de olla sit factum. Atque hactenus Plautina ad nos pervenerunt. Ex proposito autem argumento intelligi potest, tum et aurum redditum seni, et illum animo mutatum fuisse, et dotatam filiam tradidisse Lyconidi. *Fabricius* quidem indicavit quædam Romæ reperta, quibus supplerentur hæc deficientia: sed ne illa quidem satis Plautina, neque causa, cur adjici vellemus, visa fuit. Proponitur imago sordidæ parsimoniæ et morositatis in Euclione. Nam et hoc vitium senile est. Quo ipso quoque indicatur, una cum ætate intelligentiam animi minui. Perverse enim certe fit, ut tum maxime studeatur rei, cum minime ad usum longi temporis spes relinquitur.

DRAMATIS PERSONÆ.

LAR, Prologus.

EUCLIO, Senex avarus.

STAPHYLA, Anus.

EUNOMIA, Soror Megadori.

MEGADORUS, Senex dives.

STROBILUS, Servus Euclionis.

STROBILUS ALTER, Servus Lyconidis.

ANTHRAX, } Coqui.
CONGRIO, }

PYTHODICUS, Servus Megadori.

LYCONIDES, Nepos Megadori.

PHÆDRA. Filia Euclionis.

PROLOGUS.

LAR FAMILIARIS.

NE quis miretur qui sim, paucis eloquar.
Ego Lar sum familiaris ex hac familia,
Unde exeuntem me aspexistis. Hanc domum
Jam multos annos est quom possideo, et colo,
Patri avoque jam hujus, qui nunc hic habet. 5
Sed mi avos hujus obsecrans concredidit
Auri thesaurum clam omnes; in medio foco
Defodit, venerans me, ut id servarem sibi.

v. 1. *Qui sum*, H. 4. 5. R. 2.——3. *exeuntem*, ita tres Codd. inter quos vetustissimus R. 1. reliqui octo, *et eundem*.——5. *Patri*, ita Mss. ultima litera non elid. Bo: *Patrique*.——6. *mi avos*, ita Mss. *mi*, non elid.——8. *me*, non elid.

2. *Lar familiaris.*] Deus adhibetur, quia quæ hic a Lare dicuntur, non nisi a Deo sciri poterant. Quod cum accidit, auctore Aristotele, licet Deum, maxime in tragœdia, adhibere, sed interdum etiam in Comœdia. Hor. Ars Poet. 191.

"Nec Deus intersit nisi dignus vindice nodus
Inciderit." LAMB.

Sic in Cistell. v. 149, AUXILIUM, h. e. Deus, inducitur, qui fabulæ laboranti succurrat.

4. *Multos annos est quom*, etc.] 'It is many years since I have been occupying.' Recte notat LAMB: mixtam esse constructionem ex *Multi anni sunt quom*... et, *Multos annos possideo*. Similem constructionem citat GULIEL: ex Nost. Pers. 137.

"Sicut istic leno *sex* huc *menses* Megaribus
Nondum *est quom* conmigravit."

5. *Patri avoque.*] I. e. Hanc domum colo *pro* patre et avo hujus, nempe in horum usum. LAMB.

Is quando moritur, ita avido ingenio fuit,
Nunquam indicare id filio voluit suo, 10
Inopemque optavit potius eum relinquere,
Quam eum thesaurum commonstraret filio.
Agri reliquit eii non magnum modum,
Quo cum labore magno et misere viveret.
Ubi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit: 15
Cœpi observare, ecquid majorem filius
Mi honorem haberet, quam ejus habuisset pater.
Atque ille vero minus minusque impendio
Curare, minusque me impartire honoribus.
Item a me contra factum est: nam item obiit diem. 20
Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium
Pariter moratum, ut pater avosque hujus fuit.
Huic filia una est; ea mihi cotidie

v. 9. Ita tres Vindobb. et octo Codd. Britannici; reliqui *cum* vel *quom*. Bo: ex Donat. ad Terent. *quoniam*.——13. *eii* Bo. ob metr. Scripti *ei*.——14. *Quo* omnes quos vidi Codd. Bo: ex Mss. Langg. *qui*.——15. *mihi id*, Mss. Bo: *id mihi*.——16. Ita septem Codd. duo tantum, B. 2. H. 6. *ecqui* quod dedit Bo. *ecquid* etiam tres Vind.——21. Ita Codd. *is ex*, rapide pronunt; sed vid. Infr. v. 8.——23. *Cotidie*, unice H. 5. Reliqui *quotidie* aut *quottidie*.

9. *Is quando moritur*, etc.] 'He, on his death.' Tam avaro ingenio fuit, ut ne moriens quidem animum inducere potuerit thesaurum illum suo ipsius filio indicare.

— *Ita avido ingenio fuit.*] 'Such was his innate avariciousness.' Hæc sunt legenda per interpositionem. LAMB.

11. *Optavit potius.*] 'Chose; preferred.' Maluit, προείλετο. LAMB.

14. *Cum labore magno et misere.*] Id est, Laboriose et ærumnose: ταλαιπωρῶν καὶ κακοπαθῶν. LAMB.

19. *Impartire me honoribus.*] Subaud. *solebat:* Sensus est, Me honorum participem facere noluit.

22. *Pariter moratum.*] 'Of like disposition.' Eosdem mores referentem.

24. *Aut ture aut vino*, etc.] Quibus rebus mos erat Laribus sacrificare. Conf. Juv. Sat. IX. 137. sqq.

Aut ture, aut vino, aut aliqui semper supplicat;
Dat mihi coronas. Ejus honoris gratia 25
Feci, thesaurum ut hic reperiret Euclio,
Quo illam facilius nuptum, si vellet, daret:
Nam compressit eam de summo adulescens loco;
Is scit adulescens, quæ sit, quam compresserit;
Illa illum nescit, neque compressam autem pater. 30
Eam ego hodie faciam ut hic senex de proxumo
Sibi uxorem poscat: id ea faciam gratia,
Quo ille eam facilius ducat, qui compresserat:
Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex,
Is adulescentis illius est avonculus, 35
Qui illanc stupravit noctu, Cereris vigiliis.

v. 24. Ita Bo. Mss., vel *aliquo*, vel *aliquid*. A duobus H. 3. et A, abest *aut*, et legitur per se *aliquid*, pendens a verbo *supplicat*, cui gloss. præbet A, *supplicat, sacrificat*, in margine additum.——25. *Cujus*, H. 6.——27. *illam*, prior syll. more Plautino, corripitur. *Nuptum*, omnes Codd. Bo: male, *nuptam;* quod miror novissimum Plauti Editorem, C. H. Weise, tacite suscepisse.——28. Bo: contra fidem Codd. *eam compressit*.——28, 29. *adulescens*, cum neque inter se, neque sibi ipsis, consentiant Mss. de hujus verbi orthographia, dedi passim *adulescens* non *adolescens;* prius enim videtur esse magis Plautinum, neque caret optimorum Codd: auctoritate.——34 Ita omnes scripti, nisi unus H. 5. qui habet *et is*. Bo: ex conject. *etenim*.

"O parvi nostrique Lares, quos *thure minuto*
Aut farre et tenui soleo exorare *corona*."

Ubi citant Interpp. Hor. Od. III. XXIII. 3.

"Si *thure* placaris et horna
Fruge Lares."

Vide Infra 339.

25. *Dat mihi coronas.*] Has quoque Penatibus in capite imponere solebant antiqui. [Infra 331.] Juv. *supra cit.* et Sat. XII. 87. sqq.

"Inde domum repetam, graciles ubi parva *coronas*
Accipiunt fragili simulacra nitentia cera.
——————— Laribusque paternis
Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores."

Hor. Od. *supra cit.* v. 15, 16.

"Parvos *coronantem* marino
Rore deos fragilique myrto."

34. *Senex.*] Megadorus.

36. *Cereris vigiliis.*] Τοῖς Θεσμοφορίοις. Sacra hæc a mulieribus jejunantibus nocturna celebrabantur, quod Ceres filiam suam nocte quæsierit, in Ætna oberrans. Et deæ appellabantur Θεσμοφόρω, [i. e. *Legiferæ;* Virg. Æn. IV. 57.] Ceres et Proserpina. CAMER.

Sed hic senex jam clamat intus, ut solet;
Anum foras extrudit, ne sit conscia.
Credo, aurum inspicere volt, ne surreptum siet.

ACT. I. SCENA I.

EUCLIO. STAPHYLA.

EU. Exi, inquam! age, exi! exeundum hercle tibi hinc est foras,
Circumspectatrix cum oculis emissitiis!
ST. Nam cur me miseram verberas?
EU. Ut misera sis,
Atque ut te dignam, mala, malam ætatem exigas!
ST. Nam qua me nunc causa extrusisti ex ædibus? 5
EU. Tibi ego rationem reddam, stimulorum seges!

v. 1. Ita scripti. A duobus H. 3. et A, abest *est*, forte per incuriam, nisi sit *tibi* sine elisione legendum.——5. Ita plane Ms. Cant. reliqui contra metrum habent vel *ex his æd.* vel *his ex æd.* Tres *his ædibus* omisso *ex*.

1. *Exeundum hercle*, etc.] 'Come, you must budge out, Madam Pry-about, with those inquisitive eyes of your's.'

6. *Tibi ego rationem reddam!*] 'What, am I to give *you* a reason?' Emphatice dictum.

— *Stimulorum seges.*] De cujus corpore quasi segetem verberum demetam. Contra Men. 910; "Hisce *sementem* in ore *faciam*." Sic Amph. 877.

"Verbero, etiam, quis ego sim, me rogitas,
ulmorum acheruns."

i. e. Qui tot flagra (*ulmeas* nempe *virgas*) in tergo acceperis, quot umbras mortuorum Acheron. Simile est Cas. 338. "Stimulorum loculi!" i. e. ut explicat PAR. "Ita stimulis fodi solitus ut totum corpus ejus stimulorum loculi esse videantur."

Illuc regredere ab ostio! illuc, sis, vide,
Ut incedit! At scin' quomodo tibi res se habet?
Si hodie hercle fustem cepero aut stimulum in manum:
Testudineum istum tibi ego grandibo gradum! 10

ST. Utinam me divi adaxint ad suspendium
Potius quidem, quam hoc pacto apud te serviam!

EU. At ut scelesta sola secum murmurat!
Oculos hercle ego istos, improba, effodiam tibi:
Ne me observare possis, quid rerum geram. 15
Abscede!—etiam nunc!—etiam nunc!—etiam!—ohe,
Istic adesto! si hercle tu ex istoc loco
Digitum transvorsum aut unguem latum excesseris,
Aut si respexeris, donicum ego te jussero:
Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci. 20
Scelestiorem me hac anu certe scio
Vidisse nunquam, nimisque ego hanc metuo male,

v. 8. *Ut incedit,* ita plane omnes quos contuli Codd. Bo: ex mera conjectura *Ut cedit.* Quod ad metrum attinet, *Ut* cum precedenti versu arcte cohæret; sic Prol. v. 21; *Is* cum præced. *diem* cohæret.——9. *hercle,* abest ab H. 5. *Manu,* H. 1. 3. quæ lectio orta est ex forma *manu* (linea superscripta) qu. valet *manum;* et hoc unice probandum.——10. Ita optimi Codd. apud reliquos corrupte legitur, *testudinem,* aut *testudine.*——14. *ego istos,* ita scripti omnes, prior syll. vocis *istos,* more Plautino, corripitur.——16. Ita Codd. nisi quod postremum *etiam* omittat, H. 4; et alterum *etiam nunc,* per incuriam absit ab A.——17. *Istic,* omnes Codd. male Bo: *istuc.* pejus V. *adstato,* (quod est plane gloss.) pro exquisitiori, *adesto,* omnium Codd. lectione.——19. Ita Codd. pronuntiand. *respex'ris.* Bo. *respexis.* pro *donicum,* habent *donec,* H. 3. A. Vind. 1. et Cant.

8. *At scin' quomodo,* etc.?] 'But do you know how matters stand with you?' or 'in what a predicament you stand?' Vide Gloss.

13. *At ut scelesta,* etc.] 'Hark now how the old hag is grumbling to herself.'

15. *Quid rerum geram.*] 'What I am about.' Men. 39. Infra 78.

18. *Digitum transvorsum.*] Id est, Per latitudinem digiti transversi. COMMENT. Ms.

20. *Ego te dedam discipulam cruci.*] Vertit Interpr. Angl. 'I'll send you for a schooling to the gallows.' Faciam ut, discipula cruci addicta, perversos istos mores exuas, et meliores tibi ex ea disciplina induas.

Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit,
Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum,
Quæ in occipitio quoque habet oculos pessuma. 25
Nunc ibo ut visam, estne ita aurum, ut condidi,
Quod me sollicitat plurimis miserum modis.
ST. Nec nunc mecastor, quid hero ego dicam meo
Malæ rei evenisse, quamve insaniam,
Queo comminisci: ita me miseram ad hunc modum 30
Decies die uno sæpe extrudit ædibus.
Nescio pol, quæ illunc hominem intemperiæ tenent:
Pervigilat noctes totas; tum autem interdius
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.
Neque jam, quo pacto celem herilis filiæ 35
Probrum, propinqua partitudo cui appetit,
Queo comminisci; neque quicquam melius est mihi,
Ut opinor, quam ex me ut unam faciam litteram

v. 24. Tres Codd. R. 2. B. 1. et A, *presentiscat;* sed melius vulgat.——27. A, *plurimum miseri modis.*——28. *Nec,* Ita omnes Codd. apud tres, *nunc* corrupte legitur. Bo: *ne nunc,* quasi *ne* per tmesin disjungatur a verbo suo *queo,* quod est in v. 30. Cæterum intelligendum Staphylam diu submissa voce mussantem, jam clare, et quasi continuata oratione, loqui, unde illud *nec;* vel pendet a voce *neque,* Infra v. 35. *Mecastor,* plerique scripti habent *me ecastor.*——31. Quatuor Mss. *extrusit.* Unus, R. 2. *abstrudit.*——32. *illum,* H. 5. B. 1.——36. *Quoi,* B. 1. V. 3. *qui,* R. 2. Reliqui *cui.*——37. Pronuntiand. *mel'--t.* Bo: contra fidem Codd. *est melius.*

23. *Ex insidiis.*] Insidiose; insidians mihi; clanculum.

25. *Quæ in occipitio quoque habet oculos.*] Ridicule dictum, quo oculatissimam esse significet. Citat inter Adagia Erasm. "De versutis et circumspectis, quosque neutiquam proclive sit fallere."

29. *Malæ rei.*] Pro *mali;* H. e. pestis, infortunii, aut tale aliquid.

34. *Quasi claudus sutor.*] Sutores nempe, ut quorum opus sedentarium sit, haud raro ex claudis hominibus, aut pedibus infirmis erant. Sic Infra 467, "*Sedentarii* sutores" nominantur.

38. *Ex me ut unam faciam litteram longam,* etc.] Intelligit litteram I, quæ formam ipsam pensilem præ se fert, et porrectam.

Longam, laqueo collum quando obstrinxero.
U. Nunc defecato demum animo egredior domo,
Postquam perspexi, salva esse intus omnia.
Redi jam intro nunc atque intus serva!
ST. Quippe nil
Ego intus servem! An, ne quis ædes auferat?
Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus:
Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.
EU. Mirum, quin tua nunc me causa faciat Jupiter
Philippum regem aut Darium, trivenefica!

v. 39. Bo: *Meum laqueo*, etc. sed abest *meum* ab omnibus scriptis; et recte, quod ad sermonem attinet; quod ad metrum, *quando* absque elisione legend. cæterum tres Vindd. et Nostri plerique dant *Longum;* tres tantum, R. 2. H. 5. H. 2. *Longam;* sed horum, H. 2, littera *u* superscripta. Pro *obstrinxero*, H. 3. et A, et V. 1. *extrusero.*——40. Novæ scenæ initium hoc loco fit apud septem Codd. apud reliquos prior scena continuatur; et quidem jure, nam sic Infra v. 163, abest paullisper a scena Euclio, scena tamen continuatur.——41. Sex Codd. *prospexi;* unus, H. 1. *conspexi.*——42. Ita R. 2. H. 2. vulg. *nunc jam intro.* Cæterum *redi*, posteriori littera correpta plerumque legitur apud Nostrum. *Quippe nil*, decem Codd. nostri et tres Vindd. et Ed. P. unus, H. 5. *nihil.* V. *Quippini.*——45. Decem Codd. *inanis.* Tres Nostri, et duo Vindd. *inanes.* Habet et gloss. marginale, A. *inanis*, vacuitate. *Inaniis* pro trisyll. habend. et *oppletæ* absque elisione pronuntiand. Unus, H. 3. *oppletæque.*——46. Ita omnes Codd. præter B. 1. ubi est *tua nunc causa me;* unde apparet pronuntianda esse *Mir'm*, et *tua*, monosyllabice. Bo: omittit *nunc.*——47. Ita omnes Codd. nisi quod H. 1. habeat *venefica. D'rium* δισσυλλάβως pronunt. et *regem* non elid.

PAR. qui citat Nost. Rud. 1091. sq.

"Quid meliust, quam ut hinc intro abeam
et me suspendam clanculum,
Saltem tantisper, dum abscedat hæc a me
ægrimonia?"

Cæterum Vide in Gloss.

40. *Nunc defecato*, etc.] 'Now I come out with my mind at ease.' I. e. Animo sedato, tranquillo, et timore vacuo. Hæc ait avarus domo lætus egrediens postquam salvum esse aurum se fecerit certiorem. Hic novæ scenæ initium plerique ob hanc causam fecerunt.

45. *Inaniis oppletæ.*] Hyperbole. Id. qu. Inanitate plenæ; 'Filled with emptiness,' ut ἔρρει Noster Merc. 565.

"Jejunitatis plenus."

47. *Philippum regem aut Darium.*] Hi reges ob divitias maxime celebres erant; et præcipue tum temporis cum hæ fabulæ, seu Menandri sive alius Novæ Comœdiæ auctoris fuerint, primum editæ sunt. Cæterum confer Pers. 333.

"Mirum, quin regis Philippi causa aut
Attali

Araneas mihi ego illas servari volo.
Pauper sum, fateor; patior. Quod dii dant, fero.
Abi intro! occlude januam! Jam ego hic ero. 50
Cave quemquam alienum in ædes intromiseris.
ST. Quid si quispiam ignem quærit?
EU. Extingui volo:
Ne causæ quid sit, quod te quisquam quæritet.
Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo.
Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet. 55
ST. Cultrum, securim, pistillum, mortarium,
Quæ utenda vasa semper vicini rogant.
EU. Fures venisse atque abstulisse dicito.
Profecto in ædibus meis me absente neminem
Volo intromitti, atque hoc etiam prædico tibi, 60
Si bona Fortuna veniat, ne intromiseris.

v. 48. *Ego* omitt. H. 2. 3. B. 2.——49. *dii*, ita et hic et passim omnes Codd. Bo: *di*.——52. Ita Ed. Princ. tres Vindd. et octo nostri Codd. nisi quod H. 1. habeat *quisquam;* et H. 5. V. 3. *Quod si*. Duo, H. 4. 6. *Quod si quispiam ignem quærit, extingui volo*. R. 2. *Quot si*. B. 1. per incuriam *Quod sisi*. (fortasse pro *sibi*.) Hi quatuor Euclioni tribuunt: reliqui distinguunt personas.——53. Et hic, H. 2. B. 2. A. habent *quispiam*, sed alterum melius. Mss. *extemplo;* sed metrum requirit *extempulo;* de quo vid. Gloss. *Extingue*, H. 1. B. 2. et H. 4; sed *re*, altera manu superscripto.——55. *Tu*, C. et H. 1. 3. 4. facili errore ex antiqua scriptura pro *tum*.——56. Bo: *aut mortar:* sed abest *aut* ab omnibus Codd. et hoc melius exprimit sententiam, quæ recte Staphylæ a sex Codd. tribuitur; quod etiam confirmat quæ dedimus in v. 52, Supra.——57. pro *semper* habet *sæpe* B. 2. vel per interpretationem, vel orta lectione a contracta forma quam dat A. pro vulg. *semper*.——59. Omnes dant *ædibus meis;* unus H. 6. habet in marg. al. *in ædes*.——60. Omnes Mss. *hoc etiam prædico*.——61. *veniat*, sex Codd. nostri et V. 3. *veniet*. H. 1. reliqui *venerit*.

Te potius vendam, quam mea, quæ sis mea."

Infra 658. Ex hoc autem *nummi Philippei* dicti, quorum frequens apud Plautum fit mentio.

54. *Nam si ignis vivet, tu extinguere.*] 'If the fire-light is not put out, I'll presently put out thy light.' [Shaksp. *Othello*. Act. V. Sc. II. *init.*] Id est, si ignis a te non extinguatur; tu vitâ extingueris. BOXH.

57. *Utenda semper vicini rogant.*] Cujus exemplum habes, Infra 344.

ST. Pol ea ipsa credo, ne intromittatur, cavet:
Nam ad ædes nostras nusquam adiit quanquam prope.
EU. Tace, atque abi intro!
ST. Taceo atque abeo.
EU. Occlude, sis,
Fores ambobis pessulis! Jam ego hic ero.— 65
Discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi!
Nimis hercle invitus abeo; sed, quid agam, scio:
Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Dividere argenti dixit numos in viros;
Id si relinquo ac non peto: omnes illico 70
Me suspicentur, credo, habere aurum domi:
Nam non est verisimile, hominem pauperem
Pauxillum parvi facere quin numum petat.
Nam nunc, quom celo sedulo omnes, ne sciant,

v. 62. *Ea ipsa* omnes Codd. nisi H. 5. *etiam ipsa.* Bo: *eapse.*——63. Ita novem Codd. nostri, et duo Vindd. nisi quod R. 2. habeat *nunquam;* et H. 1. *quoq.* pro *quanquam.* Reliqui *nusquam adiit quanquam prope sit.*——66. H. 1. *animo;* fortasse ex interpretatione.——69. *Argentum,* H. 1.——70. Bo: *eloco.* Codd. duo *ilico,* ceteri *illico.*——72. Posterior syll. *τοῦ verisimile* non elid. Bo: contra fidem Codd. *verisimile non est.*

65. *Ambobus pessulis.*] 'With both the bolts.' Supero et infero. Vide Gloss.

68. *Magister Curiæ.*] 'The Master of our ward.' Curio. Romulus civitatem Romanam in triginta curias distribuit, quibus post quinque aliæ sunt additæ; His singulis erat suus cuique *Magister Curiæ* qui etiam Curio appellatus est; [universis Curio Maximus præsidebat. Ov. Fast. II. 527.] Hi etiam, (ait BRIX.) *Divisores* sunt dicti, quia ad eos pertineret viritim dividere per Curias suas pecuniam, quum Senatus donativum faceret populo, quemadmodum etiam de tesseris frumentariis factitatum est aliquando, ut apud Suetonium legimus. Vide Infra 137.

69. *Numos in viros.*] I. e. Singulos numos in singulos viros. 'To every man a piece of money.' Quid sit *numus Plautinus,* Vide Men. 136. G.

Omnes videntur scire, et me benignius 75
Omnes salutant, quam salutabant prius;
Adeunt, consistunt, copulantur dexteras;
Rogitant me, ut valeam, quid agam, quid rerum geram.
Nunc, quo profectus sum, ibo; post itidem domum
Me rursum, quantum potero, tantum recipiam. 80

ACT. II. SCENA I.

EUNOMIA. MEGADORUS.

EU. Velim te arbitrari, me hæc verba, frater,
Meæ fidei tuæque rei causa facere,
Ut æquom est germanam sororem.
Quamquam haud falsa sum, nos odiosas haberi:
Nam multum loquaces merito omnes habemur, 85

v. 77. *Copulant*, H. 1. B. 2. A. vel ex interpret. vel errore orto ex scriptura contracta τοῦ *copulantur*, quæ est in H. 6.——79. Bo. *postidea;* Codd. nostri omnes aut *post itidem*, aut *post idem;* nec causam video satis idoneam cur eorum auctoritas in re tali spernatur.——81. In hac scena versus ad Bothii textum exhibui, quamvis neque huic, neque ulli alii quam vidi adhuc metrorum ordinationi assentiam. Cum vero varie exhibeant Codd. et editores, quotquot sunt, nec sibi nec aliis hactenus constent, satius duxi horum lucubrationibus insistere, quam meos quoque errores erroribus alienis adjicere. Metrum autem est Bacchicum, intermixtis versibus Ionicis et Anapæsticis.——82. Bo: *tuæque hic rei.* sed ortus est *hic* ex errore librariorum, qui cum formam contractam τοῦ *hæc* versu præcedenti invenirent, nec scirent utrum *hæc*, vel *hoc*, vel forsan *hic*, significaret, *hæc* quidem plane dederunt, addito ad calcem versus, *vel h*ᵉ, seu *vel hoc;*—abest autem omnino a B. 1. In A legitur plane *h*ᵉ *verba fr. m. f. tuæque rei hec vel hoc Causa*... In H. 6. et C. *tuæque rei hoc.*

78. *Ut valeam.*] 'How I do.' Quid agam, quomodo me geram. — *Quid rerum geram.*] 'What I am about.' Supra 15.

85. *Multum loquaces.*] *Multum* pro valde. Hinc orta est lectio *multiloquaces,* (quam probat GRUT.) sed aperte ex glossem.

Nec mutam profecto
Repertam ullam esse hodie dicunt mulierem ullo in seculo.
Verum hoc, frater, unum tamen cogitato,
Tibi proxumam me mihique item esse te:
Ut æquom est, quod in rem esse utrique arbitremur,
Et mihi te, et tibi me, consulere et monere, 91
Neque id occultum haberi, neque per metum mussari,
Quin participem pariter ego te et tu me ut facias.
Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi,
Ut tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem. 95

ME. Da mihi, optuma fœmina, manum.

EU. Ubi ea est? quis ea est nam optuma?

ME. Tu.

EU. Tune ais?

ME. Si negas, nego.

EU. Decet equidem vera proloqui:
Nam optuma nulla potest eligi; alia alia pejor, frater, est.

ME. Idem ego arbitror, nec tibi advorsari

vv. 86, 87. In scriptis hi versus dividuntur inter verba *esse* et *Hodie;* servavi ordinem quem olim exhibuit Bo.——88. In quatuor Mss. legitur *hoc tamen unum, fr. cog.*——90. *Ut,* sic Mss. Bo: *ita.*——92. Quinque Codd. habent *Neque occ. id.*——93. verbum ut, quod habent omnes Codd. abest a Bo.——95. B. 2. *familiariter.*——96. Ita Codd. Bo: *man. opt. fœm.*——97. *equidem,* Ita octo Codd. nostri, et V. 1. 2. hinc orta est etiam librorum lectio, *Decet* te *quidem.* Vide gloss. V. 3. *Decet quidem.*——98. *potest eligi;* Ita omnes Codd. Bo: *el. pot.* Cæterum hi versus aliter in Mss. ordinantur, siquidem v. 96, ad verba *Ubi ea est,* terminatur; v. 97, ad *nego;* v. 98, ad *eligi;* v. 99, ad *nec tibi;* v. 100, ad *quid vis?*

96. *Quis ea nam est optuma?*] 'Who, pray, is *this best of women,* you speak of?' Vulgaris ea apud Comicos in fœminas contumelia, asseveratio nimirum omnes esse pessimas. Confer Mil. 683. sq.

"Nam bona uxor, si ea quidem deductu est usquam gentium,
Ubi eam possiem invenire?"

Certum est de istac re, unquam, soror. Quid vis? 100
EU. Da mi operam, amabo.
ME. Tua est: me utere,
Atque impera sis, si quid vis.
EU. Id, quod in rem tuam optumum esse arbitror, te id monitum advento.
ME. Soror, more tuo facis.
EU. Facta volo.
ME. Quid est id, soror?
EU. Quod tibi sempiternum salutare sit liberis procreandis.
ME. Ita dii faxint! 106
EU. Volo te uxorem domum ducere.
ME. Hei occidi!
EU. Quid ita?
ME. Quia mi misero cerebrum excutiunt

v. 100. *Unqu. sor.* Ita Codd. Bo: *sor. unqu.*——101. Bo: *utere, loquere;* sed ne vestigium quidem τοῦ *loquere* apud nostros Codd. inveni, qui habent plerique, vel *tu astute re atque imperassis,* vel *tu ast utere atque imp.* Quod dedi est aperta lectio in H. 2. 5.——102. *si quid vis,* (quæ verba omittit Bo:) habent H. 2. 3. 5. et in marg. (ab altera manu script.) A.——103. *esse arbitror,* Codd. Bo: *arbitro esse.* quatuor Codd. *id te;* a duobus, H. 4. B. 2, abest *id.* H. 5, *hæc te admon. adv.*— Cæterum a v. 100 ad 110. versus apud Codd. ita ordinantur, ut v. 101, per *si quid vis* terminetur; v. 103, per *soror;* v. 105, per *faxint;* v. 107, per *quid ita;* vv. 109-10, in uno anapæstico legantur.

101. *Tua est.*] Sc. *opera.* 'It is at your service.' Operam meam tibi do, ut ea utaris, et mihi imperes, si quid velis. LAMB.

104. *Facta volo.*] Hæc ait mulier verbum *facis* ex fratris ore excipiens, ('*Do*—I wish it were *done,*') facta volo esse, nempe matrimonium quod tibi suasura sum.

105. *Quod tibi sempiternum salutare sit.*] Quod tibi in perpetuum felix faustumque sit! Formula vulgaris, bene ominandi causa, ubi res nova nuntiatur, aut consilium aliquod proponitur. Sic Infra 175. 744.

109. *Cerebrum excutiunt.*] 'Knock my brains out.' Dicta tua, quasi lapides, in caput meum incidunt, et sensus prorsus adimunt.

Tua dicta soror: lapides loqueris. 110

EU. Heia, hoc face, quod te jubet soror.

ME. Si jubeat, faciam.

EU. In rem tuam hoc est.

ME. Ut quidem emoriar, priusquam ducam.
Quæ cras veniat, perendie foras feratur, soror,
His legibus quam dare vis, cedo; nuptias adorna!

EU. Quam maxumam possum tibi, dare, dotem, frater. 115
Sed est grandior natu, media est mulieris ætas.
Eam si jubes, frater, tibi me poscere, poscam.

ME. Numnam vis me interrogare te?

EU. Imo, si quid vis, roga.

ME. Post mediam ætatem qui mediam ducit uxorem domum,
Si eam senex anum prægnantem fortuito fecerit, 120

v. 111. *Jubeat*, septem Codd. reliqui *jubet*. Bo: *lubeat*. quod habet unice C.——112. *emoriar*, ita omnes Codd. præter B. 1. ubi est *moriar*, quam lectionem secutus est Bo. sed prioris est gravior ideoque melior sententia.——113. *veniet*, H. 6. reliqui *veniat*. Bo: *soror, feratur*.——114. Ita scripti, a quibus omnibus abest *si* quod in textum intulit Bo.——115. Ita Codd. Bo: *maxuma dote*.——116. Ita omnes nostri, et tres Vindd. ab uno H. 5, abest vox *natu*.——118. *Numnam*, H. 2. 5. reliqui *num non*.——119. *mediam* omnes Codd. Bo: *media*.——120. *prægnantem*, omnes Codd. ut et *fortuito;* Bo: *prægnatem fortuitu*.

110. *Lapides loqueris.*] Eadem locutio quæ apud Arist. Nubb. 900.

"Ῥόδα μ' εἴρηκας."

Nost. SHAKSP.

"Speak daggers;" etc.

113. *Quæ cras veniat*, etc.] Si quam uxorem mihi des hac lege, ut cras quidem ducatur, et in tertium diem sepeliatur, libenter eam conditionem accipiam.

— *Foras feratur.*] 'Be carried out to burial.' id. qu. *efferatur*, de quo vid. Gloss. Infra 523.

119. *Post mediam ætatem*, etc.] Ordo est, Qui senex, *ipse post mediam ætatem*, ducit domum uxorem *quæ media ætate sit;* si ille, dico, forte ex ea filium creaverit, nonne huic puero cognomen *Postumo*, (i. e. Ex Patre sene genito,) ab omnibus dabitur?

120. *Anum.*] Cum mulierem *media* esse *ætate* supra dixerit, recte observat GRON. *anum* hic pro *quasi anum*, vel propemodum anum, poni.

Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus?
Nunc ego istum, soror, laborem degam et diminuam tibi.
Ego, virtute deum et majorum nostrum, dives sum satis:
Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles, 124
Clamores, imperia, eburata vehicla, pallas, purpuram,
Nil moror, quæ in servitutem sumptibus redigunt viros.
EU. Dic mihi, quæso, quis ea est, quam vis ducere uxorem?
ME. Eloquar.
Nostin' hunc senem Euclionem ex proxumo pauperculum?
EU. Novi, hominem haud malum mecastor.
ME. Ejus cupio filiam

v. 121. Quatuor tantum Codd. *Posthumus.*——122. *Ego istum,* octo Codd. prior syll. *τοῦ istum,* more Plautino corripitur. Sex Codd. habent *demam* pro inusitatiori *degam,* cujus gloss. est in margine Cod. H. 2, *degere* pro *minuere. Diminuam,* omnes præter B. 1, qui habet *deminuam.*——124. Ita Ed. Princ. tres Vind. et undecim nostri Codd. unus H. 3, *dapsilas,* quod dedit Bo.——125. Abest *vehicla* a novem Codd. Tres reliqui *vehicula.*——127. *Quæso,* Codd. Bo: *sodes.*——128. *Nostin',* Ita tres Mss. reliqui vel *Novistin',* vel *Novisti.*——129. Quinque Codd. *me ecastor.*

121. *Postumus.*] Patre *longævo* natus, 'Child of my old age.' Quo sensu Homericum παῖς τηλυγέτης recte accipiendum est.

123. *Virtute deum et majorum nostrum.*] 'By the favour of.' 'Thanks to the gods.'... Frequens apud Comicos, sed confusa, ut videtur, locutio, pro eo quod esset, "Virtute deorum, et *industria* majorum;" vel "*Benevolentia* deorum et virtute majorum."

124. *Animos, dotes dapsiles.*] Animos, scil. feroces; dote fretos; quod ait, Men. 670.

125. *Imperia.*] Scilicet quæ in viros exercent *dotatæ istæ conjuges:* ad illud Horatii Od. III. xxiv. 19. Vide Infra 452.

126. *In servitutem sumptibus redigunt viros.*] Similis sententia in Epid. 228.

"Auctiones subigunt ut faciant viri."

Ubi de sumptibus muliebribus sermo est.

128. *Ex proxumo.*] Supra Prol. v. 31.

Virginem mihi desponderi. Verba ne facias, soror. 130
Scio, quid dictura es: hanc esse pauperem. Hæc pauper placet.

EU. Dii bene vortant!

ME. Idem ego spero.

EU. Quid me nunc? Quid vis?

ME. Vale.

EU. Et tu frater.

ME. Ego conveniam Euclionem, si domi
Est. Sed eccum nescio unde sese homo recipit domum!

ACT. II. SCENA II.

EUCLIO. MEGADORUS.

EU. Præsagibat mi animus, frustra me ire, quom exibam domo: 135
Itaque abibam invitus: nam neque quisquam curialium
Venit, neque magister, quem dividere argentum oportuit.

v. 132. Ita omnes Codd. nisi quod ex duobus, H. 2. 3. abest alterum *quid*; nec satis causæ video quare cum Bo: legas *Quidni? Numquid vis?* vel, cum aliis, *Quid? Me numquid vis?*

130. *Verba ne facias, soror,* etc.] Nil sane locuta est adhuc Eunomia, verum ex vultu ejus auguratur Megadorus quæ sit animi sententia. Plautum imitatus est ad verbum Noster BEN JONSON.

"I know what thou wouldst say,
She's poor, and her friends deceased.
She has brought a wealthy dowry in her silence,
Cutbeard; and in respect of her poverty, Cutbeard,
I shall have her more loving and obedient,
Cutbeard."

The Silent Woman. Act. I. Sc. v.

137. *Magister.*] Scil. *Curiæ.* Supra 68.

Nunc domum properare propero: nam egomet sum hic, animus domi est.

ME. Salvos atque fortunatus, Euclio, semper sies!

EU. Dii te ament, Megadore!

ME. Quid tu? recten', atque ut vis, vales?

EU. Non temerarium est, ubi dives blande appellat pauperem: 141

Jam illic homo aurum me scit habere: eo me salutat blandius.

ME. Ain' tu, te valere?

EU. Pol ego haud a pecunia perbene.

ME. Pol si est animus æquos tibi, satis habes, qui bene vitam colas.

EU. Anus hercle huic indicium fecit de auro; perspicue palam est; 145

Cui ego jam linguam præcidam atque oculos effodiam domi!

v. 140. *Dii*, Ita semper scripti. Bo: *Di.*——142. *Me scit*, Mss. Bo: *scit me. Jam illic* rapide pronuntiand.——143. Ita Codd. Bo: *perb. a pecun.* Cæterum duæ posteriores vocales vocis *pecunia* in unam syll. more Plautino coalescunt; Infra 156.——144. omnes Codd. *satis habes;* Bo: *habes sat.* Ab uno R. 2, abest *bene.*——145. Mss. *hoc.* In H. 6, ab altera manu reponitur *huic*, quod dedit Bo.——146. Plerique Codd. *cui*, reliqui, *quoi*, vel *qui.*

141. *Non temerarium est*, etc.] 'It is not for nothing that a rich man accosts a poor man courteously.' Suspicatur nimirum avarus ne quid de thesauro suo Megadorus inaudiverit, ob quod insolentius se blandis verbis appellaverit.

142. *Illic homo.*] Ille, Megadorus.

— *Blandius.*] Subaud. *solito.*

143. *A pecunia.*] 'As far as regards money matters.' Quod ad pecuniam attinet haud perbene valeo; i. e. nequaquam valeo. Est figura dictionis quæ μείωσις nominatur.

145. *Palam est.*] 'It is all abroad.' Vulgatum, et populo cognitum est.

146. *Oculos effodiam.*] Supra 14. Gloss.

ME. Quid tu solus tecum loquere?
EU. Meam pauperiem conqueror:
Virginem habeo grandem, dote cassam atque illocabilem;
Neque eam queo locare cuiquam.
ME. Tace; bonum animum habe, Euclio:
Dabitur: adjuvabere a me. Dic, si quid opus est; impera. 150
EU. Nunc petit, quom pollicetur; inhiat aurum, ut devoret;
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.
Nemini credo, qui large blandus est dives pauperi:
Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam.

v. 149. *Queo*, ita Ed. Princ. Tres. Vind. et Nostri omnes Codd. præter H. 4. 6. et A. ubi est *qō*. Bo: *quo;* sed sensu minus apto. *Cuiquam*, decem Codd. R. 2, *quiquam*. Bo: *quoiquam*. Sex Codd. *bon. an hab.* quod ad rhythmum melius. Bo: *bon. hab. an.*——150. Pronuntiand. *opust*, ut et Infra 153, *blandust;* et ita scripsit Bo.——151. Octo Codd. *cum.*——153. H. 4. *blande largus est.*——154. Octo Codd. *inicit.* Duo, H. 3. B. 1. *iniicit.* et H. 2. 4, per incuriam scribentis *injicit.*

150. *Impera.*] 'Command me.' Supra 102.

151. *Inhiat aurum.*] 'He gapes after my gold.' Translatio est ab animalibus rapacibus et voracibus, quæ ore hiante et patente prædæ imminent. LAMB. Infra 223.

— *Ut devoret.*] Hinc contra ortæ locutiones ἐξεμεῖν, Aristoph. Eqq. 1148. Angl. 'To disgorge;' et "Argentum *vomere;*" Curc. 685, &c.

152. *Altera manu fert lapidem*, etc.] Proverbium, (ait ERASM.) in eos, "qui coram blandiuntur, clam obtrectantes: palam amicos agunt, clanculum nocent; aut qui hic prosunt, illic lædunt. Translatum ab iis, qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus saxum illidunt." Haud omnino abludit locus in Nov. Test. S. Luc. cap. XI. 12.

154. *Onerat aliquam zamiam.*] 'Inflicts some damage.' Detrimentum aliquod infert. Græcum Ζημίαν, Dorice Ζαμίαν, qu. Multam, damnum, et simill. significat. Vide Gloss.

Ego istos novi polypos, qui ubi quicquam tetigerunt, tenent.

ME. Da mi operam parumper, Euclio: paucis est quod te volo 156

De communi re appellare mea et tua.

EU. Hei misero mihi!

Aurum mi intus harpagatum est: nunc hic eam rem volt, scio,

Mecum adire ad pactionem: verum intervisam domum.

ME. Quo abis?

EU. Jam ad te revortar: namque est, quod visam domum.

ME. Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de filia, 161

Mi ut despondeat, sese a me derideri rebitur;

Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior.

v. 155. *Qui ubi*, H. 2. 5. *Quin ibi*, Octo Codd. quod quam facile ex altero fieri, quivis in his rebus versatus intellexerit. *Qui ibi*, B. 1. *Quin illi*, R. 2. Tum *quicquam* dedi pro *quicquid*, unius sane Codicis (R. 2.) auctoritate, sed cum omnes reliqui habeant *quicquid*, et id plerique contracta forma, ut facile ex *quicquam* confictum sit; satius duxi hoc in textu reponere quam simpl. *quid* cum Bothio aliisque admittere. *Tetigerint* demum pro *tetigerunt*, quatuor habent Codd.——156. *Euclio*, dissyllabice pronuntiand. vide in v. 143. Bo: *paucis Eucl.* Nostrum habent tres Codd.——158. *harpag.* sine aspirato apud sex Mss. legitur.——160. *Jam*, ita Codd. Bo: *jam jam;* sed *Quo* non elid. et graviter, utpote admirantis, pronuntiand. *Nam*, sex Codd.——161. Pro *edepol*, quatuor habent *hercle*.——163. Prior syll. vocis *illo* corripitur. A tribus abest *quisquam*.

160. *Est quod visam domum.*] 'There is something I must go and see to at home.' Cum verbum *visam* motum ad locum significet, ideo accusativo *domum* usus est, (non *domi;*) et sic versu præced. ut minime cum quibusdam *intervisam domi* legas. Similiter Men. Prol. 51.

"Si quis quid Epidamnum curari velit."

Quia motus ad eum locum intelligitur.

163. *Neque quisquam*, etc.] 'Nor is there another *out of the whole class of paupers* more beggarly than he.' Placet Camerarii interpretatio, "Ex ordine seu numero pauperum; ut *ex nobilitate*." Nam Infra 184, ait ipse Euclio se esse "pauperum pauperrumum;" et frequentissima est ista apud Vett. locutio, et in his maxime apud Nostrum abundat. Exempla in Gloss. contuli.

EU. Dii me servant: salva res est! salvom est, si quid non perit.
Nimis male timui, priusquam intro redii! exanimatus fui!— 165
Redeo ad te, Megadore, si quid me vis.
ME. Habeo gratiam.
Quæso, quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.
EU. Dum quidem ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui. 168
ME. Dic mihi: quali me arbitraris genere prognatum?
EU. Bono.
ME. Quid fide?
EU. Bona.
ME. Quid factis?
EU. Neque malis, neque improbis.
ME. Ætatem meam scis?
EU. Scio, esse grandem, itidem ut pecuniam.
ME. Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia
Semper sum arbitratus, et nunc arbitror.
EU. Aurum huic olet.

v. 165. *Nimi'*, et *pr'usqu.* pronuntiand.——167. Ita B. 2. et A. reliqui *perconct.* aut *percunct.*——168. Quinque Codd. *libeat;* H. 3. *liceat;* reliqui *lubeat;* semper in his verbis variatur lectio. Vide Infra 407. Cæterum *quidem* elisa vocali *i* pronuntiand. *mihi*, quod nonnulli abjecerunt, est aperte in omnibus Codd. scriptum. H. 5. habet *percunctare.* Rapide credo hæc, et simill. quæ passim apud Nostrum occurrunt, pronuntianda; ne nimis in ejusmodi difficultatibus hæreamus, nedum conjecturas nostras contra fidem omnium scriptorum Plauto inferciamus.——170. H. 1. *neq. malum neq. improbum;* sed litteris *is* altera manu superscriptis.——171. Ita omnes Codd. *meam*, per crasin pro monosyll. habend. Bo: *Scis meam æt.*——172. Unus H. 5. *sine mala etiam malitia;* quod ob id tantum notavi quia in eo Vett. Edd. hæserunt.——173. *Aurum*, non elid.

171. *Scio esse grandem*, etc.] Ludit in voce *grandem*, cujus est duplex significatio prout ad *ætatem*, vel *rem nummariam* referatur. Vide Supra 116. G.

173. *Aurum huic olet.*] 'He scents my gold.' Quasi, odore se aurum prodit. FACC. Translatio, pro, Hic aurum odoratur; aurum me habere sentit. LAMB. Eadem

Quid nunc me vis?

ME. Quoniam tu me et ego te, qualis sis, scio:
Quæ res recte vortat mihique tibique tuæque filiæ, 175
Filiam tuam mi uxorem posco. Promitte, hoc fore.

EU. Hei! Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis,
Ut inopem atque innoxium abs te atque abs tuis me irrideas:
Nam de te neque re neque verbis merui, uti faceres quod facis.

ME. Neque edepol ego te derisum venio, neque derideo, 180
Neque dignum arbitror.

EU. Cur igitur poscis meam gnatam tibi?

ME. Ut propter me tibi sit melius, mihique propter te et tuos.

EU. Venit hoc mi, Megadore, in mentem, te esse hominem divitem,

v. 175. *Tuæ; et*——177. *tuis*, pro monosyll. habend. Mss. vel *Hei*, vel *Ei*. Bo: *Heia*. ultima syllaba vocis *Megadore* non liquescit.——179. Decem Codd. *uti*, quorum solus A habet *ui* superscript. H. 4. *ut*, plane scriptum. Sed illud fortasse rectius legitur, cum passim apud Nostrum *ui* pro dipthongo habeatur, et possit hic ante *uti* elidi.——181. *Meam*, monosyllabice pronuntiand. ut et Infra v. 185.——183. *Te*, non elid. ut et Infra v. 189.

constructio, Men. 293.

"*Oboluit* marsupium
Huic istuc, quod habes."

175. *Quæ res recte vortat*, etc.] Solennis formula, bene ominandi causa, in novo consilio proponendo, aut negotio auspicando; Ita Supra 105. qu. vid.

177. *Hei!*] 'Oh, fie!' Exprobrantis interjectio.

178. *Innoxium abs te atque abs tuis.*] Qui nec tibi nec tuis nocui. Qui innocens sum, quod ad te et tuos attinet. LAMB.

183. *Venit hoc mi in mentem*, etc.] Habuisse hunc locum ante oculos videtur Terentius, Phorm. IV. III. 47-8.

"Nam mihi venibat in mentem ejus incommodi,
In servitutem pauperem ad ditem dari."

Factiosum; me item esse hominem pauperum pauperrumum:
Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit,
Te bovem esse, et me esse asellum: ubi tecum conjunctus siem: 186
Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto;
Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam siem;
Et te utar iniquiore, et me meus ordo irrideat; 189
Neutrobi habeam stabile stabulum, si quid divorti fuat:
Asini me mordicibus scindant, boves incursent cornibus.

v. 186. *Esse asell.* Ita omnes Codd. præter C. Bo: *Med asell.*——188. B. 1. *quam si*, forte ex interpr.——189. Duo Codd. H. 2. R. 2, *nequiore.* Bo: *meus med ord.* quod dedi habent H. 1. 4.——190. *Neutrobi*, Omnes Codd. Bo: *neutrubi.* Tres Codd. B. 1. H. 3. 5. *divorti;* reliqui *devorti, devortii*, aut *divortii.*——191. *Mordicus*, Ed. Princ: Septem Codd. nostri, et V. 3. *morsibus*, B. 2. H. 1. 2. et V. 1. sed in B. 2, est *mordicibus* altera manu superscript. et hoc habent H. 3. et 5. (qui est plerumque optimæ auctoritatis,) et V. 2. sed vide gloss. Tum omnes, *bov. inc. corn.* (*boves*, et hic et vers. prox. monosyllabice pronuntiand.) Bo: *corn. inc. bov.*

184. *Pauperum pauperrumum.*] Vide Not. Supra 163.

186. *Te bovem esse, et me esse asellum.*] Bos et asinus, utpote animalia imparia, ad jugum pariter subeundum, vehiculumque trahendum, et onus ferendum inepta. Hinc proverbium ab asinis ad boves, cui non dissimile est ab equis ad asinos. Lamb. Huc pertinent Phædri fabulæ, I. 3; De graculo superbo; et I. 5.

"Nunquam est fidelis cum potente societas," sqq.

Adde notissimam de olla fictili ferreaque coeuntibus allegoriam.

189. *Et te utar iniquiore.*] Te experiar mihi infestiorem, atque inimiciorem. Lamb.

190. *Neutrobi habeam stabile stabulum.*] 'By neither party should I be received with confidence.' Perstat in metaphora. Cæterum hinc homines vagabundi, incerti, nec qui fixum habeant domicilium, Ἄνθρωποι ἀστάθμητοι appellantur apud Aristoph. Avv. 170. Cui simile est Hor. Epist. I. xv. 28.

"Scurra vagus, non qui *certum præsepe* teneret."

191. *Incursent cornibus.*] Pe-

Hoc magnum est periclum, me ab asinis ad boves transcendere.

ME. Quam ad probos propinquitate proxume te adjunxeris,
Tam optumum est. Tu conditionem hanc accipe, ausculta mihi,
Atque eam desponde mi.

EU. At nil est dotis quidem.

ME. Ne duas:
Dummodo morata recte veniat, dotata est satis. 196

EU. Eo dico, ne me thesauros reperisse censeas.

ME. Novi: ne doceas. Desponde.

EU. Fiat—Sed proh Jupiter!
Num ego disperii?

ME. Quid tibi est?

EU. Quid crepuit quasi ferrum modo?

v. 192. *Me ab as.* Ita Codd. Bo: *ab as. me ad bo.* sed vide in vers. præced. octo Codd. *periculum* plene scriptum, ut plerumque fit.——195. *Quidem,* Ita Codd. ab uno A, abest, sed *quam dem tibi* in margine exstat. Bo: tacite, *quod dem;* sed nihil causæ est cur vocem, plerumque apud Nostrum monosyllabice usurpatam, temere immutemus. Pro *duas,* B. 1. habet *duis.* H. 5, *ne dicas,* vitiose.——197. *Eo,* monosyll. Bo: *ut ne,* sed *ut* abest ab omnibus Mss. quorum sex habent *repperisse,* (et sic quidem pronuntiand.) reliqui *reperisse.*——199. *Num,* H. 5. R. 1. *Nun,* B. 1. *Non,* H. 2. sed *num* superscripto. Ceteri Codd. et Ed: Princ: *Non.*

tant, et invadant cornibus. LAMB. qui citat Asin. 19.

"Ubi vivos homines mortui *incursant* boves."

193. *Quam...proxume...Tam,* etc.] Constructio est vetusta pro usitatiori, *Quo propius...eo melius.*

196. *Dummodo morata recte veniat,* etc.] Confer Infra 446-7. Citat LAMB. Hor. Od. III. XXIV. 21. sqq.

"Dos est magna parentium
Virtus, et metuens alterius viri
Certo fœdere castitas."

Et Nost. Amph. 687.

"Non ego illanc dotem mi esse duco, quæ dos dicitur;
Sed pudicitiam, et pudorem, sedatum et cupidinem."……

199. *Quid crepuit,* etc.] Imitatus est hunc locum Moliere in fabula sua *L'Avare,* Act. I. Sc. v. ubi avarus Harpagon argentum in

ME. Hic apud me hortum confodere jussi. Sed ubi hic est homo? 200
Abiit, neque me certiorem fecit: fastidit mei.
Quia videt me suam amicitiam velle, more hominum facit.
Nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam,
Pauper metuit congrediri; per metum male rem gerit;
Idem, quando illæc occasio periit, post sero cupit. 205
EU. Si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab radicibus:
Impero auctorque sum, ut me cuivis castrandum loces.
ME. Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, hominem idoneum,
Quem senecta ætate ludos facias, haud merito meo.
EU. Neque edepol, Megadore, facio, neque, si cupiam, copia est. 210

v. 200. *Confodere*, Ed. Princ. omnes Nostri, et tres Vindd. Codd. Vide Nott.—*hic est hom.* Ed. P. octo Nostri, et tres Vindd. Codd. *hinc*, H. 6. R. 1.——203. *Opulentus it*, H. 2. Decem Codd. *opulento sit*, unde H. 3. *opulentos it.*——204. *Congrediri*, Bo: ex conject. Acidal. Mss. et nostri et Vindd. *congredi.* unus H. 2, *propter metum;* In A, est spatium aliquod inter *congredi* et *per*, et super hoc altera manu scriptum *propter.*——205. *Illæc occ.* Ita Mss. Bo: *occas. illæc.*——207. *Impero*, non elid.——208. *Me arbitr.* Mss. Bo: *arb. me.* Cæterum *arbitrari* non elid.

horto suo defossum habet, et in quo conservando miseris se torquet modis.

200. *Hic apud me hortum confodere jussi.*] Ita omnino legendum; et vertendum: 'I have given orders to dig the garden at my house here.' Scil. *Servos* jussi confodere hortum. Ne cum BOTHIO *confodiri*, contra auctoritatem librorum et scriptorum et editorum, legas. Vide in Gloss. et Conf. Infra 307.

207. *Impero auctorque sum.*] 'You have my full authority.' Ter. Eun. II. III. 98.

PA. "Jubesne? CH. Jubeo, cogo, atque impero;
Nunquam defugiam auctoritatem."

210. *Neque, si cupiam, copia est.*] Neque, si velim, possum. Interim alludit (ait GRON.) ad

ME. Quid nunc? etiam mihi despondes filiam?
EU. Illis legibus,
Cum illa dote, quam tibi dixi.
ME. Sponden' ergo?
EU. Spondeo.
ME. Istuc dii bene vortant!
EU. Ita dii faxint! illud facito ut memineris
Convenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferat filia.
ME. Memini.
EU. At scio, quo vos soleatis pacto perplexarier:
Pactum non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet. 216
ME. Nulla controversia mihi tecum erit. Sed nuptias
Hodie quin faciamus, num quæ causa est?
EU. Imo edepol optuma.

v. 213. *Istuc dii*, etc. Ita Mss. *Istuc* et *Illud* rapide pronuntiand. ut sæpe apud Nostrum; versus igitur erit idem qui reliqui.——214. *Afferat*, omnes Codd. nisi quod B. 2, mendose *afferam*. Bo: *adferret*. Cæterum *mea* per crasin monosyllabice pronuntiand. et *aff'rat* ablata media littera legend. *te* non liquescit.——218. *Imo*, rapide pronunt.—*optume*, unus B. 1. Reliqui *optuma;* sed H. 2, *optuma est*.

ludos publicos, negatque tam divitem esse se, ut in iis edendis pecuniam profundere possit. [Valet enim *ludos facere* aliquando i. qu. *ludos edere;* E. g. Cic. De Or. I. §. 57. "Marcellus, qui nunc ædilis curulis est, nisi *ludos* nunc *faceret*."...] Notum, quam gravi sumptu Ludi publici constabant, unde, quia Ædiles ex sua pecunia hos exhibebant, *Ædilitatem petere* in damnosos seu sumptuosos homines translate dicitur.

211. *Illis legibus.*] 'On those terms, conditions.' Supra 114.

214. *Convenisse.*] Scil. *te;* vel *nos*. 'That we have made this agreement.' Quod factum est Supra v. 195.

216. *Pactum non pactum est*, etc.] Citat LAMB. Ter. Phorm. V. VII. 55. sqq.

"Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini,
Inepti vostra puerili sententia?
Nolo, volo: volo, nolo rursum: cape, cedo:
Quod dictum, indictum est: quod modo ratum erat, irritum est."

218. *Optuma.*] *Causa*, scilicet, *ut fiant* nuptiæ.

ME. Ibo igitur; parabo. Numquid me vis?
EU. Istuc fiet. Vale.
ME. Heus, Strobile, sequere propere me ad macellum strenue! 220
EU. Illic hinc abiit. Dii immortales, obsecro, aurum quid valet!
Credo ego illum jam inaudisse, mi esse thesaurum domi:
Id inhiat; ea affinitatem hanc obstinavit gratia.

ACT. II. SCENA III.

EUCLIO. STAPHYLA.

EU. Ubi tu es, quæ deblaterasti jam vicinis omnibus,
Me meæ filiæ daturum dotem? Heus, Staphyla, te voco! 225
Ecquid audis? Vascula intus pure propera atque elue!

v. 219. *Istuc fiet. Vale.* Ita omnes Codd. et Euclioni tribuunt, ut vers. sequ. Megadoro. Bo: *fiat*, ut Supra 198; et citat Donat. ad Ter. Eun. III. II. 47.——221. *Illic*, omnes Codd. Bo: *Ille.* vox rapide, ut passim, pronuntiand.——222. *Illum*, Codd. Bo: *illunc.* Cæterum *jam* non liquescit.——224. *Deblaterasti*, H. 2. *blaterasti*, H. 3. 6. *delatravisti*, A. *de latrasti*, C. Cæteri *deblateravisti;* sed *tu* melius, ob emphasin, non elid.——225. *Me meæ*, omnes Codd. Bo: *Meæ me.*——226. *Pure propera*, Ita Ed. P. et omnes Codd. nisi quod A. et B. 1, habeant *pure propara;* et H. 5, *pure prepera.*

221. *Aurum quid valet!*] Quanti existimatur! COM. Ms. Quantum pollet! quantam vim possidet.

223. *Id inhiat.*] Id cupit. Supra 151. Quod autem ait LAMB: *thesaurum* hoc loco neutrum esse et huc vocem *id* respicere, non necesse est ut sic accipias: nam potest *aurum* (ut in loc. citat.) suppleri, vel certe ex præcedenti *thesaurum* subintelligi, quo facto, neutrum *id* ad rem subauditam usitatissima locutione referetur.

Filiam despondi; hodie ego huic nuptum Megadoro dabo.

ST. Dii bene vortant! Verum ecastor non potest: subitum est nimis.

EU. Tace atque abi! Curata fac sint, quom a foro redeam domum, 229

Atque occlude ædes! Jam ego hic ero.

ST. Quid ego nunc agam?

Nunc nobis prope adest exitium, mi atque herili filiæ:

Nam probrum atque partitudo prope adest ut fiat palam;

Quod celatum atque occultatum est usque adhuc, nunc non potest.

Ibo intro: ut, herus quæ imperavit, facta, quom veniat, sient.

Nam ecastor malum mœrorem metuo ne mixtum bibam! 235

v. 227. *Hodie ego huic nupt.* Ita Ed. P. omnes nostri, et tres Vindd.—*subitum esse nim.* A. H. 1. R. 1.——230. *Occlude,* et *jam,* non elid. *ero,* Codd. Bo: *adero.*——231. Ita Codd. nisi quod pauci habeant *abest.* Bo: *prope adest nob.*——233. Tres Codd. A. H. 4. 6. *occultum.*——234. Quinque Codd. *veniet;* reliqui *veniat;* sed horum unus, H. 2. *e* pro *a,* altera manu superscriptum.——235. *Mœrorem,* Ed. P. omnes Codd. et nostri et Vindd. Bo: *mœrore,* post Gronov. sed illud et per se, et propter auctoritatem, longe melius judico.

228. *Non potest.*] Subaud. *fieri.* Alludit ad propinquam partitudinem puellæ. Supra 36.

235. *Nam.*] Emphatice dictum.

— *Malum mœrorem mixtum.*] 'I fear lest I shall have to drink the cup of *mixed* bitterness.' Latet jocus, qui Interpp. quotquot vidi fefellit. Anus hæc, sicut pleræque apud Nostrum, e. g. Curc. 77; est *Multibiba* et *Merobiba;* (Vide Infra 308-9;) tali igitur vel mœrorem quoque, h. e. damnum, gravius futurum ridiculi gratia dicitur, si *mixtum,* quam si *merum* (h. e. non mistum cum aliquo,) subeundum esset; ut cui vinum cum aqua mixtum minus placeret quam merum meracum.

ACT. III. SCENA I.

STROBILUS. ANTHRAX. CONGRIO.

ST. Postquam obsonavit herus et conduxit cocos
Tibicinasque hasce apud forum: edixit mihi,
Ut dispartirem obsonium hic bifariam.
CO. Me hercle quidem, dicam palam, non divides;
Si quo tu totum me ire vis: operam dabo. 240

v. 237. Ultima littera vocis *apud*, inter pronuntiand. elid.——238. *Dispertirem*, quinque Codd.—*hic*, Codd. et Ed. P. Bo: *hinc*.——239. In hoc versu et seqq. varie distribuuntur personæ apud Codd. siquidem hunc versum sex Congrioni tribuunt, tres Anthraci, reliqui duo B. 2. H. 6, habent Coc. (h. e. Cocus,) ascriptum: et hinc forsan ortus est error, eum pro Coco librarii temere vel ANTHR. vel CONGR. prout placuerit dederint. Ipse eam ordinationem secutus sum, quæ verisimillima visa est, sed haud tanti est (præsertim in istiusmodi scena) diutius his rebus immorari.—*hercle quid*. Ita H. 5; quod dedi potius quam in conjecturas confugerem; omnes reliqui *quidem hercle; Me* non elid. Bo: *propalam*, de suo.

Nescio quid lucis affert in locum frustra exercitatum, Curc. 163. sq.

AN. "Mane; suffundam aquolam.
PA. Viden' ut anus tremula medicinam facit?
Eapse *merum* condidicit bibere; foribus dat *aquam*, quam bibant."

H. e. Ne *mistum* quidem foribus largitur, sed aquam ipsissimam neque guttula vini infuscatam.

236. *Conduxit cocos.*] Mos fuit apud Romanos, cum domesticos coquos non haberent, publicos ex foro conducere. Hinc scena apud Nostr. Pseud. III. 2. (790 B.) ubi multa de pretio et officiis coquorum conductorum traduntur. Vide et Infra 279. 402.

239. *Me hercle quidem*, etc.] Ex his verbis usque ad v. 244, sensu nequam accipienda; neque nostrum est in iis, cum Lambino aliisque, curiosius hærere; pudet sane in textu servare, nedum notas quoque hujusmodi obscœnis deformem. Plusquam libens omnino omitterem, nisi vel aliunde arcessi possent; et omissa nonnunquam, (ita hodie sunt mores,) aliquanto majorem investigandi pruritum soleant inducere. Hæc semel dicta sint in re una Auctori Nostro, haud minus ac cæteris alioqui licet optimis, vitio vertenda. Quod attinet ad personas cui sunt hæc tribuenda, vide Nott. Critt.

AN. Bellum et pudicum vero prostibulum popli!
Post, si quis vellet, te haud non velles dividi.
CO. Atqui ego istuc, Anthrax, aliovorsum dixeram,
Non istuc, quod tu insimulas.
ST. Sed herus nuptias
Meus hodie faciet.
AN. Cujus ducit filiam? 245
ST. Vicini hujus Euclionis e proxumo.
Ei adeo obsonii hinc dimidium jussit dari,
Cocum alterum, itidemque alteram tibicinam.
AN. Nempe huic dimidium ducis, dimidium domum?
ST. Nempe, sicut dicis.
AN. Quid? hic non poterat de suo
Senex obsonari filiæ in nuptiis? 251
ST. Vah!
AN. Quid negotii est?
ST. Quid negotii sit, rogas?
Pumex non æque est aridus atque hic est senex.

v. 241. Quidam Mss. *prostribulum;* sed mendose. Cæterum hunc v. et 242, omnes præter H. 4, Strobilo tribuunt; hic autem Anthraci.—*Popli,* Quinque Codd. cæteri *populi.*——242. *Dividi,* B. 2. H. 2. 6. Reliqui vel *diuum,* vel *diminui* quæ vide ne sit lectio unice vera, ut sit jocus et hic et vv. præcedd. in pinguitudinem Congrionis, de qua Infra 289-3; quod si verum sit, recte priores illi versus Congrioni (non, quod Bo: fecerat, Anthraci,) tribuuntur.—*Haud non,* omnes Codd.——243. Hic versus apud novem Codd. Congrioni tribuitur. B. 2, H. 6, tantum habent Coc. ascriptum.——244. *Quod,* omnes Codd.—*Sed herus,* sqq. Strobilo cum quinque Codd. dedi.——245. *Ducit,* A. R. 1. 2. et H. 2, sed littera *e* superscripta; *Ducet,* reliqui.——246. *Hujus Eucl.* Mss. Bo: *Eucl. huj.* littera *s* autem vocis *Euclionis* elid. *Vicini* non liquescit.——247. Bo: *juss. dim.* sed aliter Codd.——249. *Huic,* octo Codd. et Ed. P. reliqui *hinc.* Bo. *huc. Ducis,* omnes et Nostr. et Vindd. et Ed. P. in duobus tantum H. 6. et V. 2, est littera *i* superscript. Bo: *dicis.* Octo Codd. *domi.*——250. *Nempe,* littera ultima pronuntiando elid. sicut et in voc. *dicis.*——251. *S'nex,* pronuntiand. *Filiæ,* sine elisione legend. ita enim omnes Codd. Bo: *filiat.*

243. *Anthrax.*] Nomen coqui, ut mos est apud Nostrum, ex officio inditum, quippe qui Vulcano studeat, ut ait Infra 313. Ita Congrio, a *pisce Congro,* [Infra 353;] ut ibidem quoque Machærio, a *machæra,* h. e. cultro, nominatur.

253. *Pumex non æque est aridus.*] Quemadmodum ex pumice

AN. Ain' tandem, ita esse, ut dicis?
ST. Tute existuma.
Quin divom atque hominum clamat continuo fidem,
Suam rem perisse, seque eradicarier, 256
De suo tigillo fumus si qua exit foras.
Quin, quom it dormitum, follem obstringit ob gulam.
AN. Cur?
ST. Ne quid animæ forte amittat dormiens.
AN. Etiamne obturat inferiorem gutturem? 260
Ne quid animæ forte amittat dormiens.
ST. Hæc mihi te, ut tibi me, æquom est credo credere.
AN. Imo equidem credo.
ST. At scin' etiam, quomodo?

v. 255-7. Hi versus apud omnes Codd. transposite leguntur, in ordinem alii jamdiu revocarunt. In v. 256, Tres Codd. habent, *atque ipsum* pro *seque*. In v. 257, pro *tigillo*, habet H. 2, per correctionem *ligello*, addito in marg: "*Ligellum*, tuguriolum, Non. Marc. allato hoc loco."——258. Quatuor Mss. *obstrinxit*, sed perperam.——259. *Forte* abest ab omnibus præter H. 2. Quatuor Nostri Mss. *emittat*, et V. 1. 2. reliqui *amittat*.——261. Hunc versum uncis inclusit Bo: sed in omnibus Codd. et Nostr. et Vindd. reperitur; habet quoque Ed. P. et omnes quot vidi Vett. Tum vocem *forte*, quæ abfuit a pluribus in priori versu, h. l. habent omnes Codd. *animæ* soluto diphthongo pronunt. quidam scribunt *animai*. Tres solum Nostri et V. 2, h. l. *emittat*.——262. *Me* non elid. Octo Codd. habent *credere credo*, unde textum supplevi; vulgo vitiosis numeris abest *credo*.——263. *Credo* non elid.

nihil succi exprimi potest, ita de Euclione. COM. Ms. Habet inter Adagia Erasmus, *Aquam e pumice postulas;* ex Nostro Pers. 41. Citat quoque LAMB. Pseud. 73.

"*Pumiceos* oculos habeo: non queo Lacrumam exorare ut exspuant unam modo."

Eodem faciunt proverbia, nempe in quenquam vel lacrymarum vel pecuniæ indigentem, ideoque ægre aliis suppeditantem: quippe nihil pumice siccius.

254. *Tute existuma.*] 'Judge for yourself.' Tu ipse ex iis quæ dicturus sum judica, seu arbitrare. LAMB.

257. *De suo tigillo fumus*, etc.] 'If any smoke makes its' escape through the rafters of his house.' Hyperbole, sicut et sequentia: quasi dicat senem istum parcissimum ne *fumum* quidem, (ut et *aquam* in v. 263;) pati posse profundi. Vid. Apul. Met. I. "Me peregrinantem tali viro conciliavit, in cujus hospitio nec fumi, nec nidoris nebulam vererer."

263. *At scin' etiam, quomodo?*]

Aquam hercle plorat, quom lavat, profundere.
AN. Censen' talentum magnum exorari potesse
Ab istoc sene ut det, qui fiamus liberi? 265
ST. Famem hercle utendam, si roges, nunquam dabit.
Quin ipsi pridem tonsor ungues demserat:
Collegit omnia, abstulit, præsegmina.
AN. Edepol mortalem parce parcum prædicas.
CO. Censen' vero, adeo esse parcum et misere vivere? 270
ST. Pulmentum pridem ei eripuit milüos:
Homo ad prætorem plorabundus devenit;

v. 264. *Potesse*, Quatuor Codd. et Ed. P. Duo etiam *posse*. Reliqui *potest*. Bo: *exorarier*. Ultima autem vocalis ante voc. sequ. in vers. prox. elid.——265. *Istoc*, prior syll. corrip.——266. H. 5. *utendum*, haud credo incuria.——270. *Esse*, quod monosyllabice pronuntiand. inest omnibus nostris, et tribus Vindd. omisit autem Bo. *Vero* abest a V. 1. 2.——271. Pro *pridem*, H. 2. R. 2. *pridie*. Mox, *ei* ἀνεκθλίπτως pronuntiand. Bo: *ei* contra fidem Mss.——272. Ita Codd. Nostri et Vindd. et Ed P. Bo: *deplor. venit*.

'But more, would you believe it?' 'What will you say to this?' De hac phrasi, Vide Gloss. Supra v. 8.

263. *Plorat.*] 'He grudges, by heaven, to pour away the water after washing.'

266. *Famem hercle*, etc.] Tam omnino abhorret iste senex ab usitato more dandi vasa, et reliqua ejusmodi, vicinis utenda; [Vide Supra 57. sqq;] ut ne famem quidem ipsam, si quis roget, utendam concederet, licet ejus ipse satis superque possideat. Ridicula sane hyperbole, sed personæ haud male conveniens.

267. *Quin ipsi pridem tonsor ungues demserat.*] 'Why the other day a barber had pared his nails for him.' Solebant tonsores post rasam barbam et ungues incidere. COM. Ms. Aliquando et in officina tonsorum, propter inopiam alibi cultellorum, otiosi nonnulli suos ipsi ungues purgabant, saltem fuit hoc negotium illius, de quo apud Hor. Ep. I. VII. 50, legimus.

271. *Eripuit milüos.*] In proverbium evasit quod est apud Nostr. Pseud. 853;

"Miluinis aut aquilinis ungulis."

Adde Pœnul. 1150.

"Male ego metuo milüos:
Mala illæc bestia est; ne forte me auferat, pullum tuom."

Hinc phrasis illa "*Miluinam* suggerant," (h. e. famem,) Men. 129.

272. *Ad prætorem*, etc.] 'The fellow goes off to the Prætor with

Infit ibi postulare, plorans, ejulans:
Ut sibi liceret milüom vadarier.
Sexcenta sunt, quæ memorem, si sit otium. 275
Sed uter vostrorum est celerior? memora mihi.

Co. Ego, ut multo melior.

St. Cocum ego, non furem, rogo.

Co. Cocum ego dico.

St. Quid tu ais?

An. Sic sum, ut vides.

Co. Cocus ille nundinalis est: in nonum diem

v. 277. *Ut* omisit Bo. sed habent aperte scriptum omnes Codd. rapide tantum, ut mos est apud Nostrum, pronuntiand.——278. Huic versui, ut et sqq: varie apud Codd. tribuuntur personæ; *Sic sum ut vides*, apud septem nostros Congrioni datur; v. 279, quinque tribuunt Strobilo: et sic in reliquis variatur.—Cæterum *ego* habent omnes Nostr. et Vindd. ne cum Goell: *ergo* legas; *Cocum* autem non elid.——279. *Nundinal' est*, pronuntiand. ut et in B. 2, scriptum invenimus.

a most piteous tale.' Prætoris nimirum erat jus dicere, et actionem ac judices dare. Lamb. Vide Curcul. 379.

"Si magis me instabunt, *ad prætorem* sufferam."

Persa, 485.

"I ad forum *ad prætorem*," &c.

274. *Ut sibi liceret*, etc.] 'That he might be allowed to compel the kite to give bail, (for his appearance in court on a fixed day to answer for the felony.)' Cogere miluum ut det sibi fidejussores de jure reddendo. Com. Ms.

276. *Celerior.*] 'Which of you two is the sharper?' Alludit, ait Gulielm:, ad dictum quo furum manus *celeres* vulgo vocantur.

277. *Cocum ego, non furem, rogo.*] 'I ask which is the better *cook*, not *thief*.' Vulgaris hic apud Nostrum jocus, unde videtur coquis istis conductitiis, seu subministris eorum, male apud domos alienas creditum esse. Vide Infra 317. sqq. Pseud. 791-2.

"Forum coquinum qui vocant, stulte vocant:
Nam non coquinum est, verum *furinum* forum."

279. *Nundinalis est.*] Significat esse malum, et imperitum, et ignobilem: alludit enim ad nomen nundinarum, quæ a nono die dictæ sunt, propterea quod cum rustici dies octo rure in opere faciendo versati essent, nono in urbem veniebant ad leges cognoscendas,

Solet ire coctum.

AN. Tu, trium litterarum homo, 280

Me vituperas, fur?

Co. Etiam, fur trifurcifer.

ST. Tace nunc jam tu, atque agnum hunc, uter est pinguior,

v. 280. Mss. *Tu*. Bo: *Tun*,' quod habet unus quidem Cod. sed littera *n* ab altera manu addita.—*Trium*, μονοσυλλάβως accipiend.——281. Ita Codd. omnes, nisi quod a tribus nostris abest prius *fur*. Aliter Bo. sed frustra, scriptis refragantibus.——282. *Nunc jam tu*, omnes præter H. 5. ubi est *Jam tu nunc*.—Tum *agnum hunc*, octo Nostr. et tres Vindd. R. 2, *huc*, mendose pro forma contracta τοῦ *hunc*. Reliqui *horum*; et ita Ed. Princ. Bo: *hinc*.

quæ promulgatæ essent, et ad mercatum. Hic igitur coquus pro imperito et indocto habendus est, ut qui ex novem diebus uno die duntaxat conducatur, non quotidie ut coqui nobiles et usu periti. Hæc LAMB: Sed fortasse rectius ad Silicernium coquendum, h. e. cœnam feralem, seu *novendialem*, referatur: quo pertinet Nostr. Pseud. 796. sqq.

"Quin ob eam rem Orcus recipere ad se hunc noluit,
Uti sit hic, qui mortuis cœnam coquat:
Nam hic solus illis coquere quod placeat potest."

Ubi est jocus in Coquum conductum, quem prius dictum est fuisse

"Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem."

Unde apparet, fuisse vilissimorum coquorum officium ejusmodi cœnas coquere; quales designat Nost. MASSINGER, *City Madam*,

"Fie on them! they smell of Fleet-Lane and Pie-corner."
Act. I. Sc. 1.

Cæterum vide in Gloss.

280. *Trium litterarum homo.*] H. e. FUR, ut mox apparet. Aliam hujus phrasis significationem exhibet ERASM. Adag. "*Trium litterarum homo*, per ironiam dici potest in eum, qui generosus ac ingenuus videri cupiat. [E. g. Juv. Sat. V. 127. "Si quid tentaveris unquam Hiscere, tanquam habeas tria nomina."] Inde natum quod olim ingenui nomen, prænomen, et agnomen, literis aut insignibus suis, tribus literis notare solebant; ut pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Plautus in Aulularia jocum alio detorsit, nempe in servum [coquum] furacem; subjicit enim: *Etiam fur trifurcifer.*"

281. *Etiam, fur trifurcifer.*] 'Yes, to be sure, you thief of thieves.' *Etiam* valet, imo, ita, id facio quod dicis, nempe vituperandi tui causa hoc locutus sum.

282. *Agnum hunc, uter est pinguior.*] 'And that lamb, whichever of the two is the stouter'....

Co. Licet.

St. Tu, Congrio, eum sume, atque abi intro illuc, et vos eum
Sequimini; vos ceteri illuc ad nos.

Co. Hercle injuria
Dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent. 285

St. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.
I sane cum illo, Phrygia. Tu autem, Eleusium,
Huc intro abi ad nos.

Co. O Strobile subdole,

v. 283. Hujus et sequentis versus metrum est Trochaicum; *Licet* rapide pronuntiand. Dedi autem omnium Codd. lectionem, nisi quod a duobus Nostris, et duobus Vindd. abest particula *et*. Frustra hic se contorserunt editores, cum nomen *Congrio*, (quod aperte in omnibus scriptis exstat,) pro glossem. habuerint; quo modo autem hic locus explicandus, non vexandus, sit, in Notis subjeci.——285. *Dispertivisti*, Ita octo Codd. reliqui, et Bo: *dispartivisti*.——286. *Nunc tibi*, omnes Codd.——288. *Abi*, omnes Codd. Bo: *abidum*.

De industria obscurus est, joci causa; nam cum intelligat Strobilus, '*tu sume eum agnum, uter* (h. e. qui ex duobus agnis,) *est pinguior*,'—sententia nondum finita, accipit Congrio tanquam dixisset '*tu, uter vestrûm est pinguior, sume* etc.;' ideoque, sicut Supra [v. 277.] *Celeriorem* coquum se jactaverat, nunc eundem se *pinguiorem* quoque, ridiculi gratia, prædicat.

283. *Licet.*] 'Your humble servant.' Assentiendi formula; quasi dixisset, *En ego pinguior!* Hoc sensu sæpe apud Nostrum vox *licet* usurpatur. Vide exempla in Gloss.

— *Tu, Congrio, eum sume.*] Perstat malitiose in joco Strobilus, tanquam in versu præcedenti vox *uter* ad coquum, non ad agnum, pertineret; macriorem igitur agnum pinguiori coquo Congrioni assignat, et hinc jocus in sqq. Sic hic locus expediendus, cujus sensum ambiguum cum non viderint Interpp: ad varias artes, ut mos est, confugerunt. Vide in Nott. Critt.

284. *Ad nos.*] Infra, 288. 296. Ad nostras ædes; scilicet Megadori.

— *Injuria.*] 'Unfairly.' Injuste.

287. *Phrygia.*] Tibicinæ aptum nomen: nam tibiæ in Phrygia inventæ, et a Phrygia profectæ sunt. Lamb. qui citat Tibull.

"Nam turba jocosa
Obstrepit, et Phrygio tibia curva sono."

— *Eleusium.*] De hac forma nominum propriorum vide Men. 93. Gloss. ad voc. *Erotium*.

Huccine detrusti me ad senem parcissumum, 289
Ubi, si quid poscamus, usque ad ravim poscamus prius
Quam quicquam detur?
ST. Stultius et sine gratia est,
Tibi recte facere, quando, quod facias, perit.
Co. Qui vero?
ST. Rogitas? Jam principio in ædibus
Turba istic nulla tibi erit; si qui uti voles,

v. 290. Versus Trochaic. quo indignatio exprimitur. *poscamus*, omnes et Nostr. et Vindd. a plerisque autem abest *usque;* et *ravim* in nonnullis corrupte legitur.——291. *Stultius*, Ita Bo. Quatuor nostri, et V. 2. *stultum;* reliqui *stultus*, et ita Ed. P. Tum plerique dant *es* pro *est*.——292. *Tibi*, omnes Codd. et Ed. Princ. Bo: haud male, *Ibi*, i. e. eo loco.——294. Mss. plerique *istuc;* omnes, *si quid*.

289. *Ad senem parcissumum.*] 'To the house of this old curmudgeon.' Sic Men. 20. 32. etc.

290. *Usque ad ravim poscamus*, etc.] 'I may bawl myself hoarse before I get anything.' ERASM. Adag. "Plautus dixit *usque ad ravim* pro eo, quod est, improbe, sæpius, clamose adeo ut vox etiam toties vociferanti raucescat."

291. *Stultius et sine gratia est*, etc.] Locum frustra jactatum optime vertas, 'It's a stupid and thankless office to do a man a favour when it is all thrown away.' Sententia fere eadem quæ in Epid. 131.

"Hercle miserum est, ingratum esse homini id, quod tu facias bene.
Ego quod benefeci, malefeci."

Stultius eleganter pro *stulte* dictum, ut Supra 142, *blandius*. Confert BOTH: Amph. Prol. 66. "Sed ego *stultior*." h. e. valde stultus.

292. *Recte facere.*] Pro *bene facere;* ut in Pseud. 1080. (quem locum, propter sententiam, et constructionem, haud male cum hoc nostro conferas;)

"Nam quanti refert, te *nec recte dicere*,
Qui nihili faciat, quique inficias non eat?"

Ubi *non recte dicere* est pro *male dicere*.

— *Perit.*] 'Goes for nothing.' Ex quo tibi nulla habetur gratia. COM. Ms. Supra 205. Gloss.

294. *Turba nulla.*] 'No confusion.' In domo Euclionis, quæ est inanitatis plena, nihil erit quod turbas tibi, quæ solent coquentibus impedimento esse, faciet.

295. *Domo abs te.*] Id. qu. *Ex tua domo;* per pleonasmum; nam *abs te* tantum per se valet.

Domo abs te afferto: ne operam perdas poscere. 295
Hic autem apud nos magna turba ac familia est,
Supellex, aurum, vestes, vasa argentea:
Ibi si perierit quippiam, (quod te scio
Facere abstinere posse, si nihil obviam est):
Dicant: Coci abstulerunt: comprehendite, 300
Vincite, verberate, in puteum condite!
Horum tibi istic nihil eveniet: quippe qui,
Ubi quid surripias, nihil est. Sequere hac me.

Co. Sequor.

v. 297. *Supellex*, Quatuor nostr. Reliqui *suppellex*.——299. *Facere*, Ed. P. omnes nostr. et V. 2. 3 Bo: *Facile*; quod dat V. 1. et habet in marg. H. 6. sed alterum verisimilius, vel ob hanc causam quod insolentius est. Est autem pro *surripere*, intellect. a præcedd. Vide Nott.——302. *Horum*, septem nostr. Bo: *Horunc*.—*Quippe qui*, omnes Codd. vide Nott.——303. Ita Bo. post alios. Cæterum *surripias* abest ab omnibus quos vidi Codd. In uno H. 6, est *subripiat* supra versum altera manu insertum Tres nostr. et V. 1. 2; *Ubi nihil est* habent, omisso *quid*.

296. *Familia.*] 'A large establishment.' H. e. Servorum familia, qui inde *familiares* nuncupantur.

298. *Perierit.*] 'Be missing.' Supra 205.

299. *Si nihil obviam est.*] Quod auferas; sed siquid esset, minime. Com. Ms. i. e. minime abstinere potuisses. *Facere* autem est per Græcam constructionem pro *a faciendo;* sed Vide Nott. Critt.

301. *Puteum.*] 'The dungeon.' Bene Lamb: *Puteus* hic intelligendus est, non in quo sit aqua perennis, sed locus subterraneus et suffossus, et quasi barathrum quoddam. Et sic Infra 319.

302. *Istic.*] Apud Euclionem nihil tibi istiusmodi eveniet, quippe qui eas illuc ubi nihil est quod surripere possis.

— *Quippe qui.*] Est ἀνακόλουθον, simile illi, Pseud. 466.

— "Hercle qui, ut tu prædicas,
Cavendum est mi abs te irato."

Ita Both: qui alia exempla citat. Latet credo aliquis error, quem sensit quidem, nec tamen expediit Gronov: quem vide.

303. *Sequere hac me.*] Sc. Congrio. Nam Anthrax cum suis dudum [v. 283.] in domum Megadori introierat. Hinc recte postremum *Sequor* in vulg. et edd. vett. Congrioni tribuitur, quod perperam Bothius Anthraci. Weise.

ACT. III. SCENA II.

STROBILUS. STAPHYLA. CONGRIO.

STR. Heus, Staphyla, prodi atque ostium aperi.
STA. Qui vocat?
STR. Strobilus.
STA. Quid vis?
STR. Hos ut accipias cocos, 305
Tibicinamque, obsoniumque in nuptias.
Megadorus jussit Euclioni hæc mittere.
STA. Cererin', Strobile, has facturi nuptias?
STR. Qui?
STA. Quia temeti nihil allatum intelligo.

v. 308. Sequor ordinem quem dant Codd. sine causa transposuit Bo. et *mi* ante *Strobile* (quod *ἀνεκθλίπτως* pronuntiand,) unius auctoritate Macrob. (Saturn. 3. 11.) addidit.

307. *Jussit mittere.*] 'Bade *us* send.' Vide quæ in v. 200, fuse de hac constructione diximus: æquo enim jure hoc loco *mitti* pro *mittere* legendum affirmes, ac ibi *confodiri* pro *confodere.*

308. *Cererin'*, etc.] 'Are you going to hold this wedding in honour of Ceres?' Nam Θεσμοφορίοις, id est, Cerealibus, seu festis diebus Cereris, vini usus interdictus erat, neque vinum in sacris adhibebatur: ex quo *θυσίαι νηφάλεοι* sunt dictæ. LAMB. Vide Comment. ad Aristoph. Avv. 1519. "'Αλλ' *ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν.*" Ait igitur Staphyla, Ducitis omnia ad nuptias necessaria præter vinum; siquidem Cereris sacrificia vinum non habebant. COM. Ms.

— *Facturi.*] *Facere* valet, hoc loco, *sacrificare;* Vide Gloss: Infra 576.

309. *Temeti nihil*, etc.] 'I don't see that you've brought any wine.' Jocus familiaris Comicorum in anum temulentam, h. e. *temeti amantem.* Vide Supra 235.

STR. At jam afferetur, si a foro ipsus redierit. 310
STA. Ligna hic apud nos nulla sunt.
Co. Sunt asseres?
STA. Sunt pol.
Co. Sunt igitur ligna: ne quæras foris.
STA. Quid, impurate, quamquam Volcano studes,
Cœnæne causa, aut tuæ mercedis gratia,
Nos nostras ædes postulas comburere? 315
Co. Haud postulo.
STR. Duc istos intro.
STA. Sequimini.

v. 314. *Tuæ*, per crasin pro monosyll. habendum.

310. *Ipsus.*] Ipse; 'Master;' αὐτός. sc. Euclio, qui mox v. 325, a foro, h. e. macello, redit: itaque perperam Megadorum hoc loco per *ipsum* intelligunt Interpp.

311. *Sunt asseres?*] 'You've the beams of the house, I suppose?' Hoc ait, ridiculi causa, quia Staphyla dixerat *nulla esse ligna* apud ædes Euclionis.

312. *Sunt pol.*] 'To be sure there are.' Cum admiratione.

— *Sunt igitur ligna*, etc.] 'Well then there's wood enough, you need not go to seek it elsewhere.' Pr cacis coqui ineptiæ, indignantis nimirum quod in ædes miseras Euclionis detrusus sit.

313. *Impurate*, etc.] Jocus petendus est ex differentia inter voces *impuratus* et *impurus*, de qua vide in Gloss. Sensum acu tetigit Interpr. Angl. 'You that are *unpurified*, though your business is so much with fire.' Significat, tantas ejus impuritias esse, ut ne ignis quidem, cujus vi solidissimorum quoque corporum metalla defæcatiora redduntur, illis purgandis unquam sufficiat, tametsi eum (ignem) in Præfectura sua focariæ provinciæ semper colat ac tractet. DOUZ.

— *Quamquam Volcano studes.*] 'Though a disciple of Vulcan's.' Coquinæ præfectus es. COM. Ms. Vide Gloss. et conf. Pers. 335.

VIRG. "Amabo, mi pater,
Quamquam lubenter *escis alienis studes*,
Tuin' ventris causa filiam vendis tuam?"

315. *Nos nostras ædes*, etc.] Locus est consimilis in Capt. 770.

HE. "Quid jubeam?
ER. Ignem ingentem fieri.
HE. Ignem ingentem?
ER. Ita dico; magnus ut sit.
HE. Quid? me, volturi,
Tuan' causa ædes incensurum censes?"

ACT. III. SCENA III.

PYTHODICUS.

Curate; ego intervisam, quid faciant coci,
Quos pol ut ego hodie servem, cura maxuma est.
Nisi unum hoc faciam, ut in puteo cœnam coquant;
Inde coctam sursum subducemus corbulis. 320
Si autem deorsum comedent, si quid coxerint:
Superi incœnati sunt, et cœnati inferi.

v. 318. *Ut ego,* Ita Codd. transposuit Bo.——319. *Ut in put.* Ita Mss. Bo: perperam, de suo, *in puteo uti cœn. coqu.*——320. *Inde,* rapide pronunt. *sursum subduc.* omnes Codd. Iterum sine causa, et numeris pejoribus, transposuit Bo.——321. *Si autem,* omnes, et nostr. et Vindd. præter H. 3; ubi est *Sin,* quod dedit Bo.——322. *Sunt,* Codd. Bo: *sint,* post LAMB. aliosque Recentt.

317. *Curate.*] 'Mind you your business.' Sic ad conservos suos loquitur Pythodicus Megadori servus, dum ipse coquos inspiciendi causa exit.

— *Intervisam.*] 'Will meanwhile step in; will just step in and see.' Nam valet *interea* visam. Supra 159.

318. *Cura maxuma est.*] 'It's no sinecure to watch these fellows.' Quippe qui vel inter se *Fures,* [Supra 280;] pro appellatione audire soleant.

319. *Nisi unum hoc faciam.*] Non causa est cur cum PAREO in Lex: Plaut: *nisi* hoc loco pro *sed* accipias. Vertas enim, '*Unless* I hit on this single contrivance;' quo facto, curam illam observandi missam faciam.

— *In puteo.*] Supra 301.

322. *Superi incœnati sunt,* etc.] Aliud periculum menti occurrit. Conclusi in puteo nil quidem furabuntur, sed comedent forte cœnam. Tum *Superi,* i. e. qui in loco superiore sunt, in ædibus, incœnati erunt, et *inferi,* qui in hypogeo latent, coqui nempe, erunt cœnati. Ludit in ambiguitate vocum *superi, inferi,* quæ ad deos vulgo pertinent. Æn. VII. 312. "Flectere si nequeo *Superos,* Acheronta movebo." Cic. Tusc. I. 5. "Num te illa terrent, triceps apud *inferos?*" etc. NAUD. Sed vide ne sit jocus potius, 'The *dead* will feast, while the *living* fast;' nam hoc sensu inter se *superi* et *inferi* distinguuntur; cujus exempla in Gloss. contuli.

Sic verba hic facio, quasi negotii nil siet,
Rapacidarum ubi tantum siet in ædibus.

ACT. III. SCENA IV.

EUCLIO. CONGRIO.

EU. Volui animum tandem confirmare hodie meum, 325
Ut bene me haberem filiæ in nuptiis:
Venio ad macellum, rogito pisces; indicant
Caros, agninam caram, caram bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam, cara omnia;
Atque eo fuerunt cariora: æs non erat. 330
Abeo iratus illinc, quoniam nihil est qui emam.
Ita illis impuris omnibus adii manum.

v. 323. *Sic*, omnes, præter nostr. C. ubi est *Si*, mendose. Bo: post alios, *Sed;* at nihil opus.——326. *Me* abest a Codd.——327. Pro *indicant*, R. 2, *venditant*.——331. *Iratus illinc*, Ita Codd. Littera *s* in *iratus* elid. Tum *nihil est qui emam*, Sex nostr. Duo Vindd. et Ed. P. *est nihil qui emam*, V. 2. et Quatuor nostr. H. 5, habet *quo* ut gloss: in *qui* superscript.——332. Prior syll. *τοῦ illis* corrip. *Adii*, Codd. Bo: *adivi*. Pro *omnibus* Ed. P. *ominibus*.

324. *Rapacidarum ubi tantum*, etc.] 'When there is such a gang of thieves in the house.' *Rapacida* est patronymica forma qua Comice hic lusum est et sæpe in aliis Comœdiis. Tur. c. 23; intelligit *filios furum;* i. e. furaces. GRÆV. Vide Gloss.

330. *Æs non erat.*] Subaud. *mihi*. 'I hadn't the money.' Ob similem causam *cara* fuerunt omnia Peniculo parasito, Men. 29. sqq.

332. *Adii manum.*] Si Interpretes audias, quotquot hunc locum tractaverint, sensus erit, 'I baulked the rascals;' orta locutione ex eo quod qui alios decipere in animo habeant, *manum*, tanquam daturi quid, porrigant, (i. e. *adeant*,) et tum subito retrahant. GRON. *Lect. Plaut.* "*Manum adire alicui* est phrasis elegantissima; postquam spem alicui dederis, cum ad rem ventum est,

Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occœpi: Festo die si quid prodegeris:
Profesto egere liceat, nisi peperceris. 335
Post hanc rationem cordi ventrique edidi:
Accessit animus ad meam sententiam,
Quam minumo sumptu filiam ut nuptum darem.
Nunc tusculum emi, et hasce coronas floreas;
Hæc imponentur in foco nostro Lari: 340
Ut fortunatas gnatæ faciat nuptias.

v. 335. *Profesto,* Ita plane H. 1. cum gloss. marginali distinguenti inter *diem festum* et *profestum.* Habent quoque B. 2. H. 6. V. 3; sed ex correctione. Reliqui omnes *Profecto,* sed perperam.——336. *Post,* Ita Codd. Bo: *Postquam.* Habet unus H. 6, *quam* altera manu insertum.——339. *Nunc;* Plures nostri et tres Vindd. habent *Hunc,* sed videtur ortum esse errorem ex similitudine quæ est in scriptis inter litteras H et N; hinc versu proximo habet H. 3, *Nec,* pro *Hec,* (i. e. *Hæc.*) Citat Priscianus *Nunc thusculum emi.* Vide Gloss.—*et hasce coronas,* Ita Codd. Bo: *hoc et.*

frustrari, et eundem fallere." Et hic videtur esse sensus verborum in locis aliis Plautinis quos in Gloss. contulimus. Nec tamen longe a scopo aberrat interpretatio, quam dedit GUEUDEVILLE, 'Ainsi *j'ai pris congé,* j'ai dit adieu à toute cette vilaine Canaille-là;' cujus Comment: operæ pretium erit citare; "*Adire manum,* signifie ici ce qui se dit souvent dans nôtre langue; *je baise les mains.* Car cette expression là prise dans le serieux, est un temoignage de respect et de civilité. Mais quand on s'en sert ironiquement, c'est pour signifier qu'on trompe l'esperance et l'attente des Gens." Sic Moliere,

"Je vous baise les mains, Je n'ai pas le loisir."

L'Etourdi. Act. II. Sc. VII.

334. *Prodegeris.*] Prodige expenderis. COM. Ms. Profuderis. Vide Gloss.

335. *Profesto egere liceat.*] Bene, quod ad sensum, profert Interpr. Angl. adagium Nostrum,

"Feast to-day makes Fast tomorrow."

336. *Post hanc rationem,* etc.] 'Having announced this view of the case to my heart and stomach.' Ridicule sumpta formula ex Senatus Consultis, in qua perstat v. sequ.

337. *Accessit animus ad meam sententiam.*] 'My mind came over to my opinion.' Ponit quasi ipse et animus suus diversæ sint personæ, nam in initio hujus scenæ dixerat, Se animum suum ægre ad tantos sumptus nuptiarum die faciendos conciliasse.

339. *Coronas floreas.*] Prol. 25.

Sed quid ego? apertas ædes nostras conspicor?
Et strepitus est intus: numnam ego compilor miser?
Co. Aulam majorem, si potes, viciniam
Pete: hæc parva est; capere non quit.
Eu. Hei mihi!
Perii hercle! aurum rapitur! aula quæritur! 346
Nimirum occidor, nisi ego intro huc propere propero currere!
Apollo, quæso, subveni mi atque adjuva,

v. 343. Ita Mss. Pronuntiand. *Strepitust.*——344. *Si potes,* omnes Codd. Bo: *potest.*—*Viciniam,* Novem Codd. Nostr. et tres Vindd. Bo: *vicinia,* quod habent, H. 6. R. 1. et C. sed in H. 6, plane orta est ea lectio ex erasa lineola quæ in Vett. Scriptt. est pro littera *m* superscript. et sic credo in Ed. Princ. et R. 1. et C, furtim irrepsit *vicinia.*——345. Bo: *Hæc est parva,* contra fidem Codd.——347. *Propere* ante *propero* inseruerunt Gulielm. aliique, sed in Nostris Scriptis non apparet; Cæterum Vide in Nott.

342. *Sed quid ego?*] Sic interpungendum, quod exquisitius est quam vulg. "Sed quid ego apertas" etc. et magis Plautinum. Exprimit enim subitam et violentam animi perturbationem ut in re nec opinata. Conf. Men. 366. "*Sed quid ego?* video Menæchmum?" Curc. 607. "*Quid ego?* sub gemman' abstrusos habeo tuam matrem et patrem?" Pseud. 1281. "*Sed quid hoc?* quomodo? *quid tu?* video ego... ?"

343. *Numnam ego compilor?*] Emphatice dictum. 'Surely I'm not robbed, am I?' Supra 199. "*Num* ego disperii?"

344. *Viciniam.*] Valet, Apud vicinos. Supra 57. Vide Nott. Critt.

345. *Hæc parva est.*] 'This is *too* small.' Subaudiend. *Nimis.* Ut *tam* sæpe subauditur. E. g. Men. 169. 387. 862. Et *potius,* Ibid. v. 628. Etc.

347. *Nimirum occidor,* etc.] Ita Langii membranæ habent, quod versus probat, quum senariis iambicis septenarium trochaicum admiscuit, ut properationem senis carmine ipso concitatiore exprimeret. Tum simile hoc supra positum,

"Nunc domum properare propero."

Et Curc. 536.

"Nunc nisi tu mihi propere properas dare jam triginta minas."
Gulielm. *Quæst. Plaut.*

Plura nos de hac re Men. 773. 913.

348. *Apollo.*] Apollinem invocat ut ἀλεξικακὸν, h. e. Malorum depulsorem. Lamb. Ob eanden causam Hor. Sat. I. ix. 78.

"Sic me servavit Apollo."

Cui in re tali jam subvenisti antehac!
Confige sagittis fures thesaurarios! 350
Sed cesso prius, quam prorsus perii, currere?

ACT. III. SCENA V.

ANTHRAX.

Dromo, desquama pisces. Tu, Machærio,
Congrum, murænam, exossata fac sient.
Ego hinc artoptam ex proxumo utendam peto
A Congrione. Tu istum gallum, si sapis, 355
Glabriorem reddes mihi, quam volsus ludius est.

vv. 349-50. Hi versus in omnibus Codd. transponuntur, sed recte in ordinem revocavit Bo.—Cæterum *antehac* omnes præter H. 6; qui habet *antidhac* ex correctione; et sic dedit Bo.——351. *Prius*, μονοσυλλάβως pronunt.——352. Codd. vel. *Promodes quam aspicis*, vel *Dromodes*, vel *Cromodes quamquam*; et simill. Emendatoris manus in COMMENT: Ms: agnoscitur his verbis; "Sciendum est, quod hic textus olim corruptus fuit, quem dominus Guarinus correxit, quum legeret Priscianum qui allegat hunc textum."——353. Ita novem nostr. Codd. et V. 1. *exdorsua quantum potes*, V. 2. R. 2. (et H. 6; sed ex correctione.) *exdorsua, ac sient*, V. 3; sed *exossata* superscript. *exossa quantum potes*, H. 2; qui habet in marg. *exdorsua*, et citat Non. Marc.——354. *Hinc*, H. 2. R. 2. ut et Infra 357. Reliqui *hic*.——356. *Glabriorem*, B. 1. H. 4, (et H. 2; ex correctione.) *glabriolem*, H. 5. Reliqui *glabrionem*; et sic COM. Ms. quod habet, "*glabrio*, sine pilis."—Pro *ludius* habent nonnulli *lydius*, et *lidius*.—Pronuntiand. autem *ludiust*, et ita scripsit Bo.

350. *Confige sagittis.*] Est enim sagittarius et jaculator Apollo: et ita Poetis Græcis appellatur ἑκηβόλος, et ἑκατηβελέτης, et ἕκατος, et ἑκάεργος. LAMB.

352. *Machærio.*] Coqui nomen ex officio impositum. De quo vide Supra 243.

353. *Congrum, murænam*, etc.] Cum hac scena conferunt Interpp. Ter. Adelph. III. III. 23.

"Pisces cæteros purga, Dromo:
Congrum istum maxumum in aqua sinito ludere
Paulisper: ubi ego venero, exossabitur."

Et hinc nostra lectio confirmatur. Vide in Nott. Critt.

Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proxumo?
Coci hercle, credo, faciunt officium suom.
Fugiam intro: ne quid turbæ itidem hic fiat mihi.

ACT. III. SCENA VI.

CONGRIO.

Optati cives, populares, incolæ, accolæ, advenæ omnes,
Date viam, qua fugere liceat! facite totæ plateæ pateant! 361

v. 359. Ita plane V. 2. habent etiam H. 2. 5. sed *hic* transposito. *fiat* autem omnes, et Nostr. et Vindd. Bo: *fuat*, de suo.——360. *Optati*, omnes Codd. et Ed. Princ. Conjecerat Bo: *Obdati*, h. e. *obviam dati*, sed nil opus.——361. *Quam*, R. 1. et C. Reliqui *qua*.

358. *Faciunt officium suom.*] Verte, 'Are after their old pranks.' Furando, scil. et litigando. Com. Ms. Condigne, et more suo agunt: Hoc sensu haud semel apud Nostrum hæc phrasis usurpatur. Conf. Pseud. 913. Ubi Sycophanta Simmia a Pseudolo quæritur,

Ps. "Hem, te hercle ego circumspectabam: nimis metuebam male, ne abisses.
S. *Fuit meum officium*, ut facerem, fateor."

Nempe, ut aufugerem. Et, Asin. 361. "Quin *tuom officium facis* ergo, ac fugis?"

359. *Turbæ.*] 'Confusion.' Turbationis. Supra. 296.

— *Hic.*] Domi nostræ; apud Megadorum.

360. *Optati cives*, etc.] *Optati* valet h. l. implorati, rogati. Nisi malis cum Bothio *Obdati* reponere; Vide Nott. Critt. Hujusmodi scenæ passim apud Nostrum occurrunt, quorum plurima exempla contulit Both. quibus addas. Rud. 519. seqq.

Tr. "Proh, Cyrenenses populares, vostram ego imploro fidem!
Agricolæ, accolæ, propinqui qui estis his regionibus,
Ferte opem inopiæ, atque exemplum pessumum pessumdate!"

Ter. Adelph. II. 1. 1.

"Obsecro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium."

De Metro Trochaico in Scena Motoria usurpato, Vide Men. 913.

Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum:
Ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt.
Totus doleo atque oppido perii: ita me iste habuit senex gymnasium;
Itaque omnes exegit foras, me atque hos, onustos fustibus. 365
Neque ligna ego usquam gentium præberi vidi pulcrius.
Attat, perii miser hercule ego: aperit Bacchanal, adest,

v. 362. *Bachinal*, R. 1. et C. sed in v. 367, R. 1, habet *Bachanal;* non item C.——364. *Perii*, non elid. et *s'nex* pronuntiand. ut in Argum. v. 8.——365-6. Ita hi versus in omnibus Codd. ordinantur; et quidem melius, quod ad sensum attinet.——367. Mss. vel *Atat* vel *At at*. Et ita Edd. Vett. sed alterum plenius, nec caret auctoritate.

362. *In Bacchanal.*] Domicilium Baccharum. Βακχεῖον. Vide Gloss.

364. *Ita me iste habuit senex gymnasium.*] Id est, Ita senex iste sese in me verberando exercuit. Ita ego isti seni pro gymnasio fui, in quo se exerceret. Lamb. 'Has so used me for a bruising school.' Asin. 279.

"Gymnasium flagri, salveto."

366. *Ligna præberi.*] Hoc ridicule dictum de *fustibus* sibi et aliis conservis abunde injectis; simul alluditur ad *ligna*, foco instruendo necessaria, quorum (Supra v. 311,) dixerat Staphyla, nulla esse apud Euclionem, jam autem queritur Coquus quod ibi plus quam nimia invenerit. "*Præbere ligna* autem, dicunt Latini, ut præbere salem, oleum, &c. πορίζειν, παρέχειν, ex quo πάροχοι." Lamb. Sic Hor. Sat. I. v. 45.

"Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit, et Parochi, quæ debent, *ligna* salemque."

Cic. Att. Lib. V. de sua continentia in provincia, "Scito, non modo nos fœnum, aut quod lege Julia dari solet, non accipere, sed ne *ligna* quidem." Douz.

Sequitur! Scio, quam rem geram: hoc ipsus magister me docuit.

ACT III. SCENA VII.

EUCLIO. CONGRIO.

EU. Redi! quo fugis nunc? tene!
CO. Quid stolide, clamas?
EU. Quia ad Trisviros jam ego deferam nomen tuom.
CO. Quamobrem? 370
EU. Quia cultrum habes.
CO. Cocum decet.
EU. Quid comminatus Mihi?
CO. Istuc malefactum arbitror, quia non latus fodi.

v. 368. Ita Codd. Bo: *me mag. docuit.* Metrum est Trohaic. Tetr. Catalect.——370. Ita Codd. Bo: *tuom nomen.*——371. *Quid,* omnes Codd. Et Edd. Vett. Bo: *quia;* sed nil opus.

368. *Scio, quam rem geram.*] Scio quid agam; nempe haud me impune læserit, quippe qui plagas inferenti totidem referam, ut mox apparet; Infra 379.

— *Ipsus magister.*] Euclio nempe, qui tam largiter fustibus usus est.

371. *Quia cultrum habes.*] Quem gestare vetitum legibus, nisi tantum coquis; quare hac causa se excusat Congrio. Cic. Pro Mil. IV. "Esse cum telo, hominis occidendi causa, vetat lex."

— *Quid comminatus mihi?*] Quid comminatus es mihi? Cum se defendat coquus quia cultrum *ex officio* gerat, accusat alter quod minaciter eo usus est, ideoque pro *malefactore* haberi debeat, et ad Tresviros deferri, de quorum officio, Vide in Gloss.

372. *Istuc malefactum arbitror,* etc.] Fateor, inquit Coquus, *Ma-*

Eu. Homo nullus est te scelestior qui vivat hodie,
Neque cui de industria ego amplius male lubens faxim!
Pol etsi taceas, palam id quidem est: res ipsa testis est: 375
Ita fustibus sum mollior magis quam ullus cinædus.
Co. Sed quid tibi nos, mendice homo, tactio est? quæ res est?
Eu. Etiam rogitas? an, quia minus, quam æquom erat feci?
Sine!
Co. At hercle cum malo tuo magno, si hoc caput sentiet!

v. 374. *Amplius male plus*, omnes Codd. et Ed. P. sed recte, crede, *plus* pro glossem: habuit Bo. ——375. *Etsi*, omnes Codd. *Pol* rapide, sublata vocali, pronuntiand.—Tum *testis est*, Codd. Bo: *testis;* sed pronuntiand: *testist.*——376. Ita omnes Codd. nostr. et Vindd. Pro *sum* habet mendose *solum* Ed. Princ. omisit Bo. Legenda autem sunt *fustibu'*; et *mollior* pro dissyll.——377. Ordinem Codicum secutus sum, quem sine causa transposuit Bo.—*Quæ res est?* R. 2. Cæteri Codd: *quæ res?*——378. *Rogitas*, Codd. Bo: *rogas?*—Tum *æquom erat* Codd.——379. Ita Mss. unus H. 3, *magno tuo malo.* Bo: *magn. mal. tuo.*—Tum *sentiet* omnes Codd. et Ed. Princ. Ald. et Parm. Bo: *sentit.*

lefactorem me esse, haud quidem quod cultrum, gero, aut quod tibi comminatus sum, sed ob hanc causam solummodo, *quia non latus tuum fodi*, istud enim tantum, quod scio, *male feci*. Σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν, cujus exemplum vide Infra 597.

376. *Mollior magis quam ullus cinædus.*] Hi passim ut molles et effeminati apud Comicos et Satirarum Scriptores carpuntur. Vide Menæchm. 415. Cæterum nota duplicem comparativum, *magis mollior*, Græcorum more usurpatum.

377. *Quid tibi nos tactio est?*] 'What right have you to touch me?' Quamobrem nos tangis? Vide Infra 701. et Men. 914. Gloss.

"Quid me vobis tactio est?"

Verbalia apud antiques non mutabant constructionem sui verbi. Com. Ms.

379. *Sine!*] Minantis, et jamjam feriturí verbum. Sic "Posce!" Men. 399.

— *At hercle cum malo tuo magno*, etc.] Mire hunc locum vexarunt Interpp. "Sine," ait Euclio, fustem interea in caput jamjam lapsurum intendens, "Sine ut va-

EU. [Pol ego haud scio, quid post fuat: tuom nunc caput sentit!] 380
Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negotii,
Me absente, nisi ego jusseram? Volo scire.
CO. Tace ergo:
Quia venimus coctum ad nuptias.
EU. Quid tu, malum, curas,
Ego utrum crudum an coctum edam, nisi tu mihi es tutor? 384

v. 380. Abest hic versus omnino a nostris omnibus Codd. nec reperitur in duabus, quas habeo, Vett. Editt. Parm. 1510. Ald. Venet. 1522. Habet quidem Lambinus, Genev. 1622. quem posteriores Editt. tacite secutæ sunt. Sed utut in textum irrepserit, longe melius, credo, abfuit; interim uncis inclusi, donec cujusmodi stet auctoritate certior sim factus. Pro *fuat* autem Gronov: aliique habent *fiat*.——383. *Venimu'*, pronuntiand.——384. *Ego* abest a Mss. Addidit Bo.—*Edam*, Mss. Bo: *edim*.

pules;"—ad quod Congrio, qui Supra [v. 368.] dixerat, se haud ultra has contumelias passurum, respondet: "At hercle cum malo (h. e. *periculo*) tuo magno, si hoc caput sentiet;" i. e. si hoc meum caput plagas ex tua manu accipiet.

— *Si hoc caput sentiet.*] 'If my head feels (your blow.)' i. e. Si ego abs te feriar in caput. Verberabatur autem caput potissimum apud antiquos. WEISE. E. g. Hor. Sat. I. v. 21.

"Cerebrosus prosilit unus,
Ac mulæ nautæque *caput* lumbosque saligno
Fuste dolat."

Infra 394.

"Non fissile haberes *caput*."

380. *Quid post fuat.*] 'What may befal me hereafter.' Ridet hominem *sero* (quod est timidorum) interminantem Euclio; quærit enim cur non prius se vapulatus defenderit: ait scilicet, "Tuum nunc (credo) caput sentit," (plagas nempe jam nuper in eo illatas,) "quid mi igitur malum *in futurum* prædicas; imo quare non *præsens* supplicium ob *præsentem* sumis injuriam?" Sed Vide Nott. Critt.

381. *Quid...nam erat negotii.*] 'What business, *I pray*, had you in my house?' De vi particulæ *nam*. Vide Supra v. 3. Gloss.

384. *Nisi tu mihi es tutor.*] Nisi forte tu mihi tutor datus es quasi puero impuberi, et parvulo. LAMB. Horum in pupillos, parentibus orbos, cura in proverbium evasit. Conf. Pers. Sat. III. 96.

"Ne sis mihi tutor."

Co. Volo scire, sinas, an non sinas, nos coquere hic cœnam?
Eu. Volo scire ego item, meæ domi mea salva futura?
Co. Utinam mea mihi modo auferam, quæ attuli, salva!
Me haud pœnitet: tuane expetam?
Eu. Scio: ne doce! novi!
Co. Quid est, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam?
Quid fecimus, quid diximus tibi, secus quam velles?
Eu. Etiam rogitas, sceleste homo? Qui angulos omnes 391
Mearum ædium et conclavium mihi perviam facitis.
Id ubi tibi erat negotium, ad focum si adesses:

v. 386. *Ego item*, Codd. *ego* non elid.—*meæ*, Codd. et monosyllabice legend. Bo: *meæn'*.—387. Codicum ordinationem secutus sum; nisi quod H. 2, habet *mihi mea modo*, et C, *mea modo mihi*. Sine auctoritate, et pejoribus, si quid audio, numeris, transposuit Bo.——388. *Me haud*, Ita scripti Nostr. et Vindd. Bo: *mei*. Camerar: *Meum* pro *meorum*; sed nil opus.——389. Ita Codd. præter B. 1. ubi est *prohibes nunc*. Bo: *nunc prohibes*. duæ autem posteriores vocales τοῦ *prohibeas* in unam syll. per crasin coalescunt.——390. *Diximus tibi*, Ita Codd. qui omnes habent *secus*.——391. *Rogitas*, Mss. ut Supra 378; et habet hoc verbum plus indignationis quam simpl. *rogas*.—*Qui* autem (quod dant omnes Codd. et Ald. et Parm.) respicit ad Coquum et ejus conservos; et hinc *facitis*, versu sq. pro quo voluit Dissald. *facis*, sed absque causa.——393. Habet H. 5, plane scriptum *ad forum si adires*; et id mihi primo visu valde arrisit, quoniam Coquus ille a foro conductus est, [vv. 236-7.] ubi si mansisset, nihil istiusmodi turbarum evenisset. Potuit quidem *adires* pro Gloss. τοῦ *adesses* in textum intrasse; *forum* autem (utpote simillimæ sunt in scriptis litteræ *r* et *c*) facile potuit in *focum*, quæ est cæterorum Codd. lectio, delabi. Re autem perpensa, satius visum est vulgat. *focum* retinere, cujus explicationem in Nott. subjeci.

388. *Me haud pœnitet: tuane expetam?*] 'I'm well enough satisfied with my property: very likely (*ironically*) that I should covet your's!' Recte hæc a Bothio Congrioni tribuuntur, multo quippe plus salis sic inest verbis, ut qui vasa, cultros, et cætera instrumenta culinaria in ædes, aranearum tantum plenas, portaverit.

— *Scio: ne doce! novi!*] 'O yes, I'm perfectly aware of that!' Hæc pulcherrime exprimunt sententiam hominis, qui palam et ad populum summam quidem miseriam atque egestatem præ se fert, at idem "sibi plaudit Ipse domi simul ac nummos in arca contemplatur!"

391. *Qui.*] 'What! *you* ask that, who have been making a thoroughfare of every nook and corner in my house!' Eadem constructio quæ Infra 506.

393. *Id ubi tibi erat negotium*, etc.] 'If you had stopped by the fire, as was your business.' Si curares coquinam, sicut erat tibi im-

Non fissile haberes caput. Merito id tibi factum est!
Adeo ut tu meam sententiam jam noscere possis: 395
Si ad januam huc accesseris, nisi jussero, propius,
Ego te faciam, miserrumus mortalis uti sis.
Scis jam meam sententiam?
Co. Quo abis? redi rursum!
Ita me bene amet Laverna, te jam, nisi reddi
Mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante ædes! 400

v. 394. Habet in marg. A, *fractum*, ut gloss. in vocem hoc sensu inusitatam, *fissile*. pro qua dant nonnulli mendose *fixile*.——396. *jussero*, Codd. Bo: *jusso*.—Tum *propitius*, habent C. H. 6. et R. 1. quorum H. 6, præbet gloss. *pacatus*, in marg. additum.——397. Ita Mss. Bo: *ego fac. te*.——399. Bo: de suo, *nisi si reddi*. Abest *si* ab omnibus Codd.——400. *Pipulo hic diff.* Codd. Bo: *hic p. d.*

positum; nam invenit eum Euclio per angulos ligna quærentem. Com. Ms. Si ad focum coquendi causa restasses. Hinc apparet duos fuisse focos apud ædes Euclionis, alterum in culina, alterum in atrio, ubi aula auri plena deposita est; priorem igitur intelligit Euclio.

394. *Non fissile haberes caput.*] 'You would not have got a broken head.' Caput fustibus concisum ac fractum non haberes, quod nunc merito tibi factum est. Supra 380. Cæterum de *fissile* pro *fissum*, Vide Gloss.

397. *Ego faciam te*, etc.] Locutio duplex permixta, quæ sic distinguitur, Ego te faciam mortalium omnium esse miserrimum, vel, Ego faciam ut tu sis omnium mortalium miserrimus. Lamb. Ita Infra 651. 754.

399. *Laverna.*] Hanc Deam Romani fures precabantur, ut instituta sua et consilia furandi ac mentiendi fortunaret. Hor Ep. I. xvi. 60.

"Labra movet metuens audiri, Pulcra Laverna,
Da mihi fallere; da justo sanctoque videri;
Noctem peccatis, et fraudibus objice nubem." Scal.

Significat autem coquos omnes fures esse, quippe quorum Dea sit Laverna; non enim eam Deam sibi propitiam esse optaret coquus, nisi ea potestatem in fures præcipuam obtineret. Lamb.

400. *Pipulo hic differam ante ædes.*] Hunc locum, aliter difficilem intellectu, ex Non: et Varr: bene expediit Lambinus. Ejus verba sunt, Convicio' te hic ante ædes tuas divulgabo et infamabo: [Vide Gloss.] Hoc autem se facturum minatur coquus, quia cum testi-

Quid ego nunc agam? Næ ego edepol veni huc auspicio malo:
Numo sum conductus; plus jam medico mercede est opus.
EU. Hoc quidem hercle, quoquo ibo, mecum erit, mecum feram,
Neque istuc in tantis periclis unquam committam ut siet.
Ite sane nunc jam intro omnes et coci, et tibicinæ! 405

v. 402. *Medico*, Ita Ald. Parm. H. 2. V. 2. et H. 6, in marg. ubi vero est in textu *medio;* et ita Ed. P. septem Nostri, V. 3. et Butleri Codd. duo. B. a. B. b. [qui nunc primum, munificentia Possessoris Reverendissimi, in manus meas delati sunt.] *Mendico* H. 5, et *modio*, C, vitiose; *Media*, H. 3. V. 1.——403. Hic novæ scenæ initium fit apud plerosque Codd. Sed nil opus; Vide Supra v. 40.

bus probare non possit, se vasa in ejus ædes intulisse, quæ Euclio sibi reddere nolit, ea judicio repetere non poterat. Quia igitur iniquum erat rem suam domino vindicare aut auferre non licere, Lex XII tabularum ei cui testes (quibus rem suam domi alienæ esse probaret) deessent, permittebat ob portam, i. e. ob domum ejus (qui semel atque iterum admonitus, ac rogatus, rem alienam reddere nolebat,) *obvagulatum* ire, i. e. conviciatum ire, seu cum convicio repetitum ire.

402. *Numo sum conductus*, etc.] 'I was hired for a didrachm; but it will cost me more now for the surgeon's fee.' Plus mihi opus est quod dem medico, qui me sanabit, quam accepturus sum a Megadoro mercedis nomine. LAMB. Numum autem, h. e. didrachma, fuisse optimorum coquorum mercedem apparet ex Plaut. Pseud. 800—810. ubi queritur Coquus quod cum quis in forum veniat ad coquum conducendum, non qui optimus et carissimus est, sed qui *vilissimus*, conducunt; ideoque cum cæteri ad officia sua peragenda abiissent, ipse solus "obsessor fori" relictus est:

"Illi *drachma* issent miseri; me nemo potest
Minoris quisquam *numo* ut surgam subigere."

403. *Hoc quidem.*] *Aurum*, intell. ut Infra 418. Nam in ædes suas modo repente irruerat Euclio, jam autem prodit *aulam* sub ala abstrusam habens, ita quidem ut Spectatoribus appareat, Congrioni autem lateat.

Etiam introduce, si vis, vel gregem venalium!
Coquite, facite, festinate nunc ïam, quantum lubet!
Co. Hem perii!
Eu. Abi! opera huc conducta est vostra, non oratio.
Co. Heus, senex, pro vapulando hercle abs te ego mercedem petam: 410
Coctum ego, non vapulatum, dudum conductus fui.
Eu. Lege agito mecum! molestus ne sis! Aut cœnam coque,
Aut abi in malum cruciatum ab ædibus!
Co. Abi tu modo.

v. 406. Bo: *Etiam huc introd.* Abest vero *huc* ab omnibus quos vidi Codd. *Etiam* ἀνεκθλίπτως legend.——408. *Hem perii* etc. Ita omnes Nostri Codd. Vindd. tres. et Butl. a. b. cum Editt. Ald. et Parm. in quibus omnibus ne vestigium quidem apparet versus istiusmodi, *Temperi: postquam implevisti fusti fissorum caput*, quem leviter mutatum plerique Recentt. a Camerario receperunt. Videsis Gronov: qui hanc lectionem exemplis confirmavit, nec tamen mihi contra tot fidem Codicum probavit.——410. *Heu*, plerique Codd. sed facile potuit littera ultima τοῦ *Heus* ob sequ. consonant. elabi.— *Hercle ego abs te*, Codd. nisi quod ab H. 5, abest *ego;* et B. a. H. 2. R. 2. habent *hercle vero*. a B. b. abest *ego* omnino, quod ad rhythmum melius.

406. *Vel gregem venalium.*] 'A whole gang even of slaves.' h. e. Gregem servorum, qui plerumque fures sunt. Lamb. Hinc jocus, in Cistell. 460; Ubi cum queritur Halisca se cistellam cum crepundiis amisisse, ideoque timere ne quis eam furatus fuerit, irridens respondet Lampadio,

"Mirum, quin *grex venalium* in cistella infuerit una."

408. *Hem perii!*] Continuabat Congrio lamentationem, cui respondet Euclio quod sequitur. Com. Ms. Ita legendus et interpretandus hic locus; Vide in Nott. Critt.

412. *Lege agito mecum!*] 'Oh! Sir, you may go to law if you please.' Dicebatur ei, cujus intentio contemptibilis adversario videbatur. Donat. Sic Mil. 454.

"*Lege agito:* te nusquam mittam."

413. *Abi in malum cruciatum.*] Vide Men. Prol. 66. Gloss.

— *Abi tu modo.*] 'You'd better go yourself.' Scilicet in malum cruciatum. Vide Nott. in Men. 243. et conferas Nostr. Pseud. 1180.

H. "I in malam crucem!
B. Ire licebit *tibi*....."

EU. Illic hinc abiit. Dii immortales, facinus audax incipit,
Qui cum opulento pauper cœpit rem habere aut negotium! 415
Velut Megadorus tentat me in omnibus miserum modis,
Qui simulavit, mei honoris mittere huc causa cocos;
Is ea causa misit, hoc qui surriperent misero mihi.
Condigne etiam meus me intus gallus gallinaceus,
Qui erat anui peculiaris, perdidit penissume: 420
Ubi erat hæc defossa, occepit scalpurire ibi ungulis
Circumcirca. Quid opus est verbis? ita mi pectus peracuit;
Capio fustem, obtrunco gallum, furem manufestarium.

v. 414. *Illic*, omnes præter B. b. qui dat *Ille*, et ea forsan vera lectio; sed potest *Illic* correptim legi.——415. *Pauper homine*, omnes Codd. Bo: *hom. paup.* et facit nescio quem versum Iambicum. Equidem post Ald. omisi *homine*, quod est gloss. verisimile in voc. *opulento*, nec magis necessarium est h. l. quam Infra v. 433; etc.—*Rem* autem cum hiatu legend.——416. Ita omnes Codd. *Velut* rapide pronuntiand. Tum *me* sine elisione legend. Omiserunt particulam *in* Recentt. sed haud video unde in scripta, nisi ex auctoris manu, erat ventura. Dedit Bo: post alios, *Veluti me*, etc.——417. Bo: *mei se honoris;* Codicum fidem secutus sum, cum melius vox *mei* pro monosyll. et absque elisione legatur, quam novum vocabulum contra Mss. in textum inseratur. B. a. habet, *mei honoris causa mitt. h. c.* sed nil opus mutare.——418. *Surriperent*, omnes Codd. et Editt. Antiqq. Bo: sine causa *surperent*.——419. *Me*, non elid. *Gallinaceus*, B. 1. H. 5. Reliqui, et hic, et infra 426, *gallinacius*, et ita Ald. et Parm. sed illud usitatius.——421. *Scalpurire*, Ita plerique Codd. et Edd. Vett. Reliqui Codd: *scalpurrire*, vel *scalpulire*. Bo: *scalpturire*.

417. *Mei honoris causa.*] 'Out of compliment to me.'

418. *Hoc.*] *Aurum.* Supra 403.

419. *Condigne.*] 'Just as one would expect from the beast.' Cum indignatione, ut plerumque, usurpatum. Exempla in Gloss. contuli.

420. *Anui.*] Staphylæ; nimirum inter pullos quos Euclioni hæc anus alebat, aliquos in *peculium* suum habuit. Confert LAMB: Asin. 519-20.

"Etiam opilio, qui pascit alienas oves,
Aliquam habet *peculiarem*, qui spem soletur suam."

— *Perdidit penissume.*] 'Had well nigh been the ruin of me.' *Penissume*, vox Comica, ridiculi gratia, a *pene*, non (quod quidam aiunt,) a *penitus*, formata.

423. *Capio fustem, obtrunco gallum.*] 'I seize a club, and

Credo edepol ego illi mercedem gallo pollicitos cocos,
Si id palam fecisset: exemi ex manu manubrium. 425
Quid opus est verbis? facta est pugna in gallo gallinaceo.
Sed Megadorus, meus affinis, eccum incedit a foro!
Jam hunc non ausim præterire, quin consistam et colloquar.

v. 424. *Edepol ego,* Ita omnes nostri præter B. b; ubi est *Credo ego illi edepol.* Vulg. *ego edepol.* Prior syll. *τοῦ illi* corripitur.——425. *Ex manu,* omnes Nostri Codd.

knock his brains out.' Inest nescio quid plus spiritus verbis sic rapide dictis, quam si simpliciter dixisset *cepi* fustem, gallum *obtruncavi:* notanda sunt hæc omnia, quippe quibus potissimum ars et ingenium Auctoris nostri appareat.

425. *Si id palam fecisset.*] H. e. *Aurum,* seu thesaurum. 'If he discovered it.'

— *Exemi ex manu manubrium.*] Furibus occasionem inveniendi thesaurum præripui. Taubm. "Eximere e manu manubrium," ait Erasmus in Adagg. "Plautus dixit, pro eo quod est, jam paranti facere quippiam, *extorquere peragendi facultatem.* Translatum ab eo, cui jam vibrato gladio percussuro, repente capulus excutitur e manibus." Proverbium itaque est, quod significat, *adimere occasionem male faciendi;* (to prevent; disarm;) cui contrarium est, *ansam dare.*

426. *Facta est pugna in gallo gallinaceo.*] 'I had a fierce and bloody engagement with a dunghill cock.' Hunc locum prætermiserunt Interpp. tanquam nihil commentatione egentem; mihi autem, fateor, vel minimum salis inesse sententia videtur, nisi lateat sensus aliquis nobis haud satis explicitus. Verisimile est his verbis proverbialiter allusum esse ad eos qui nimis prolixi et odiosi sunt in re haud satis digna narratu, quique usque ad nauseam auditorum aures nugis suis contundunt. Anglice dicitur in re simili, *To tell a cock and a bull story.*

428. *Quin consistam et colloquar.*] 'But I must stop and talk with him.' Vide quid sit ex asinis ad boves transcurrere; statim periit libertas; desinit sui esse juris Euclio, quia cum divite in conditionem matrimonii initurus est.

ACT. III. SCENA VIII.

MEGADORUS. EUCLIO.

ME. Narravi amicis multis consilium meum
De conditione hac: Euclionis filiam 430
Laudant; sapienter factum et consilio bono.
Nam, meo quidem animo, si idem faciant ceteri
Opulentiores, pauperiorum filias
Ut indotatas ducant uxores domum:
Et multo fiat civitas concordior, 435
Et invidia nos minore utamur, quam utimur;
Et illæ malam rem metuant, quam metuont, magis;
Et nos minore sumptu simus, quam sumus.

v. 430. Ita legitur apud omnes Nostros, et Vindd. Ita quoque Ald. et Parm. Tres Codd: habent *filia* pro *filiam*, sed orta est hæc lectio ex omissa lineola superscripta de qua Supra diximus. Bo: *De cond. hac Euclionis filiæ.*——436. Ita Codex Cantab. et Edd. Ald. Parm. aliique, quos secutus est Bo. Reliqui Codd: *inv. minore nos*, depravatis numeris.——437. *Illæ*, prior syll. corrip. ut Supra 424.— Pro *magis* habent H. 5; et B. a, *minus*; quæ si sit vera lectio, alius erit sensus verborum *malam rem* quam quem in Gloss: dedimus; qu. vid. Cæterum *magis* habent Ald. Lamb. Parm. etc.

430. *De conditione hac.*] 'About this proposal of marriage.' Pactione de conjugio. Vide Supra 194. Gloss.

434. *Ut indotatas ducant,* etc.] Sententiam hanc, ex Platone Lib. VI. de Republica expressam, in notis citavit LAMB. *Ducere domum* plena locutione dicitur pro usitatiori *ducere,* ut in Men. 41.

"Portitorem *domum duxi.*"

436. *Nos.*] Πλούσιοι. H. e. Noster ordo; nos divites, opulentiores.

437. *Illæ.*] Uxores; quæ si indotatæ nuberent, semper magis obsequentes essent viris, minusque arrogantes, et minori etiam sumptui. Nam feminæ magis *metuunt malam rem,* hoc est, supplicium, ac per consequens magis abstinent a peccando, ubi minus ipsis licet. GRUT. Sed vide in Nott. Critt.

In maxuma illæc populi parte est optuma;
In pauciori avidis altercatio est; 440
Quorum animis avidis atque insatietatibus
Neque lex neque tutor capere est qui possit modum.
Namque hoc qui dicat: Quo illæ nubent divites
Dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur?
Quo lubeat, nubant, dum dos ne fiat comes. 445
Hoc si ita fiat: mores meliores sibi
Parent, pro dote quos ferant, quam nunc ferunt.

v. 439. Sic dant omnes Nostri et Vindd. et sic Ald. et Parm. Recentiores, post Camerar: exhibent *In maxumam illuc populi partem est optumum;* sed jure quæri potest an, tot scriptis refragantibus, [ipse duodeviginti diligentissime scrutatus sum,] habenda sit hæc pro Plautina lectione, an alicujus Interpretis, qui non intellexerit quorsum vox *illæc* pertineret.——440. *In pauciori*, iterum consentiunt omnes Codd. *avidos* autem habent H. 1. V. 1. (et R. 1; sed littera *i* superscripta.) Fuit quoque in R. 2, scriptum *pauciora;* sed altera manu corrigitur.——441. Ita omnes Codd. et Edd. Ald. Parm. Lamb. aliique.——442. *Possint*, H. 5. Et pro *tutor* mendose nonnulli *sutor;* sed hæc sunt parvi momenti.——443-5. Ita Recentt. longe autem aliter nostri Codd. quorum lectiones, licet nonnullis longum fortasse videatur, operæ erit in loco tam exagitato exhibere. Imprimis pro *Namque*, omnes dant *Neque;* Cæterum COMMENT. Ms. habet *Nam hoc qui dicat*, addito, "Objicit sibi ipsi," scil. Megadorus. Quod sequitur autem; R. 1, habet *hoc quid dicat;* C, *hoc quid dicant;* H. 1, *hæc qui dicat;* A. et H. 3, *hoc qui dat;* Reliqui omnes *hoc qui dicat.*——444. Consentiunt iterum Codd. et Edd. Vett. in lectione *Dotata es: istud* etc. (quod sic explicat COMMENT. Ms. *Dotata es:* "Respondet sibi ipsi." *Istud jus* etc. "Hoc quod dico pertinet ad pauperes quæ non habent dotem.") Quod in textu dedi, planius quidem et magis perspicuum, sed vereor ne alterum sit revera Plautinum, simulque magis personæ seorsim secum deliberanti conveniens.——445. Pro *lubeat*, habent *jubeant*, Tres Vindd. et duodecim Nostri Codd. (et ita Edd. Ald. et Parm.) apud reliquos corrupte legitur.—*dum dos ne*, omnes.

440. *In pauciori avidis*, etc.] Sententia est, non est dubium quin si hoc fiat, quod dico, major pars populi probatura sit: restant nunc pauci locupletes, et avari, quibuscum mihi controversia futura est, qui hoc non probabunt. LAMB. Cæterum *avidis* hic, et in v. sequ., est pro *avaris*, sicut in Prol. v. 9. "*Avido* ingenio."

443. *Namque hoc qui dicat.*] Elliptice, ut Græcum γάρ, est *namque* h. l. sumendum, et sensus hoc modo supplendus: "Ac bene res se ita haberet—*namque*, siquis objiciat, in quam familiam nubent illæ dotatæ virgines?—Nubant, inquam, ubivis, modo ne dos sequatur." Vide Nott. Critt.

445. *Quo lubeat nubant.*] Id est, Illæ divites nubant ubi velint, modo non habeant dotem, sicut pauperes, et tunc erunt mihi eodem jure quod dico. COM. Ms.

447. *Pro dote quos ferant.*] Vide Supra 196.

Ego faxim muli, pretio qui superant equos,
Sient viliores Gallicis cantheriis.
EU. Ita me dii amabunt, ut ego hunc ausculto lubens:
Nimis lepide fecit verba ad parcimoniam. 451
ME. Nulla igitur dicat: Equidem dotem ad te attuli
Majorem multo quam tibi erat pecunia:
Enim mihi quidem æquom est purpuram atque aurum dari,
Ancillas, mulos, muliones, pedissequos, 455

v. 449. *Sient,* Vulg. et Codd. et potest contracte legi, aut *viliores* pro trisyll. haberi.——450. *Dii me am.* B. 1. H. 5.——455. *Pedissequos,* Ita apud plerosque scribitur. H. 1. 4. *pedissequas.* (et ita H. 2. sed litt. *o* superscript.) H. 5. et B. a. *pedisecos.* Cæterum *muliones* trisyllabice pronuntiand.

448. *Ego faxim muli* etc.] Ego receperim in me, seu, ego spoponderim, fore ut muli qui nunc equos pretio superant, propterea quod uxores dotatæ, sumptuosæ, et delicatæ pilentis et similibus vehiculis vehi volunt, quæ a mulis, seu mulabus, trahuntur, [Infra 455—6.] viliores sint Gallicis cantheriis. LAMB.

449. *Sint viliores.*] 'Shall be cheaper; of less value.' Muli sunt in magno pretio in quibus equitant mulieres; sed si omnes mulieres indotatæ essent, ego facerem quod muli fierent vilissimi. COM. MS. Cæterum in pretio fuisse mulos vel in tempore Juvenalis apparet ex ejusd. Sat. VII. 181; ubi de divite nobilique Romano sermo est.

— *Gallicis cantheriis.*] Equi Gallici haud magni tum pretii erant: multo igitur viliores *cantherii.* Nam equi semper cantheriis sunt meliores, animosiores, ferociores. LAMB. Vide Gloss.

452. *Equidem dotem ad te attuli.*] Vide Horat. cit. Supra 125.

454. *Enim.*] Elliptice, et cum summa arrogantia, positum; quasi dicat, "Da mihi, (æquum *enim* est dari, quippe cui tantum debeas,) ancillas, mulos, etc." Cæterum confer Men. 44. sq.

"Quando ego tibi *ancillas,* penum, lanam,
aurum, vestem, *purpuram,*
Bene præbeo, nec quicquam eges."

Aurum atque purpuram præcipue in deliciis fuisse mulierum apparet quoque ex Nost. Mostell. 279. sqq. Infra 705. Hor. Sat. II. III. 215.

"Huic vestem, ut natæ, paret ancillas,
paret *aurum.*"

Salutigerulos pueros, vehicla, qui vehar.
EU. Ut matronarum hic facta pernovit probe!
Moribus præfectum mulierum hunc factum velim!
ME. Nunc quoquo venias, plus plaustrorum in ædibus
Videas, quam ruri, quando ad villam veneris. 460
Sed hoc etiam pulcrum est, præ quam ubi sumptus petunt:
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius,

v. 456. *Qui vehar*, undecim nostr. Codd. et V. 1. et ita Edd. mediæ. *Qui vehant*, B. 1. H. 4. V. 3. et B. a. *vehat*, V. 2. et Edd. Ald. et Parm. sed plane est error ex similitudine litterarum *t*, et *r*, ut scriptæ in Codd: exstant. Bo: (auctoritate, ut ait, Codd: Langg:) *qui ferar*.——458. *Moribu'* pronuntiand. Pro *velim*, non male C. habet *velis*.

456. *Salutigerulos pueros.*] 'Boys to carry visiting cards.' Qui salutem amicis et sodalibus meis gerant. Hoc est, qui mihi visendi officio fungantur.

— *Vehicla, qui vehar.*] 'Carriages for me to ride in.' Vide Gloss. et confer locum consimilem apud Nostr. Stich. 267 sqq.

"Sed tandem, opinor, æquius est, heram mihi esse supplicem, atque
Oratores mittere ad me, donaque ex auro, et quadrigas,
Qui vehar: nam pedibus ire non queo."

458. *Moribus præfectum mulierum*, etc.] Vellem eum esse censorem ad corrigendos sumptus nimios mulierum. COM. Ms. Γυναικοκόσμους appellant Græci, magistratus mulierum moribus præfectos: qui in mulieres parum modestas animadvertebant; erant autem numero viginti. Marc. Tull. Libr. IV. De Rep. ex Nonio, "Nec vero mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet: sed sit censor qui viros doceat moderari uxoribus." LAMB.

461. *Hoc etiam pulcrum est.*] Hoc pulcrum [i. e. parvi momenti,] est, respectu majorum sumptuum quos viri faciunt uxoribus suis. COM. Ms.

— *Præ quam.*] 'In comparison with.' Eodem sensu quo *Præut*, Men. 285.

462. *Stat fullo, phrygio*, etc.] Cum hoc loco conferas, Epid. 222. sqq.

"Quia vesti quotannis nomina inveniunt nova:
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam,
.....
Hæc vocabula auctiones subigunt ut faciant viri."

Caupones patagiarii, indusiarii,
Flammarii, violarii, carinarii,
Aut manulearii, aut murobrecharii; 465
Propolæ linteones, calceolarii,
Sedentarii sutores, diabathrarii;
Solearii adstant, adstant molochinarii:

v. 463. *Caupones*, Ita omnes quot vidi Codd. Pro quo nescio unde derivatum, habent Ald. Parm. et Pareus, *Ciniflones*.—Tum legitur apud C, *petagiarii, indusarii;* sed in his, et quæ sequuntur, utpote inusitatis vocabulis, ita variantur Codicum lectiones, ut infinitum pene esset singulas enumerare. Acceptissimam quamque in textu servavi, tunc tantum notata variatione quando alicujus momenti visa est.——464. Undecim Codd. *Flammarii*, et ita edidit PAR. *Flammearii*, vero Ald. Parm. et Recentt. et hæc est lectio in Cod. H. 2. (sed ex corrigentis manu.) V. 2, dat mendose *fammearii;* et A, *flammiarii;* V. 2, *flamminarii;* V. 3, *flaminarii;* Vide Gloss.—*Carinarii*, Sex Nostr. et V. 3. et ita Ald. Parm. aliique. *Carrinarii*, B. 2. *Cariarii*, R. 2. *Carnarii*, H. 1. et C. *Cerinarii*, H. 3. *Caltuarii*, (a *caltho*, flore,) H. 2. 5. et V. 2; nec est ea despicienda lectio; sed alterum, propter plurum Codicum auctoritatem, et vel ob cæterorum errores, retinendum.——465. Pro *manulearii*, quæ est aliquot Codd. et editionum plerarumque lectio, dant quidam Mss. *mamillearii, mamillarii*, seu *mamilearii*. Apud reliquos corruptius legitur.—Iterum, pro *murobrecharii*, (quod dat Bo: post Meurs. et legitur apud Ald. et Parm.) quinque Nostr. et V. 1, seu *murobatharii*, seu *myrobatharii*, (quod idem valet;) alii *murobatarii, myrobatarii, mulobatharii, mirobactharii*.——467. Perverse legitur apud plures Codd. *Sudentarii sudates*, aut *sutates;* nonnulli habent *Sedentarii; sutates* quoque Ald. et Parm. primum, (quod scio,) ex Libris Editis, apud Lambinum apparet, et hunc alii secuti sunt; ejus autem verba sunt, "Non celabo lectorem nonnullos ex nostris libris veteribus habere, ut vulgatos, *Sedentarii sutates*, unde quidam faciunt *Sedentarii sutantes*, ut *sutantes* participium sit a verbo *suto, as:* quod valet, *assidue suo*."—Plerique Codd. *diobatharii;* H. 2, *diobatrarii;* Ald. et Parm. aliique, *diabathrarii*, qu. dedi. Vide Gloss.——468. *Molochinarii*, Ita plane quinque Codd. et Edd. Ald. Parm. et Recentt. plerique. *Molachinarii*, H. 5. *Molocinarii*, C. B. b. *Malocinarii*, H. 1.

463. *Caupones.*] 'Retail dealers.' Hoc sensu videtur hæc vox sumenda, et cum sequentibus adjungenda. Aliter autem COMMENT. Ms. quod habet, "*Caupones*, Qui vendunt vina." Et quidem toties in vinositatem mulierum apud Nostrum invehitur, ut bene posset hic esse sensus loci, nisi quæ sequuntur verba adjective potius quam substantive sumenda viderenter.

— *Patagiarii.*] Qui tunicas faciunt *patagiatas*, seu *patagia*. Conf. loc. ex Epid. citat. in v. præced. Cæterum de his, et reliquis hujus loci vocabulis, plene in Gloss: dictum est, qu. vid.

467. *Sedentarii sutores.*] Vide Supra 34. Quatenus hi distent a *calceolariis*, versu priori nominatis, Vide Gloss: in eo verbo.

468. *Molochinarii.*] Citat PAR: Lex Plautin: Cæcilium Nausimach.

"Carbasina, *molochina*, ampelina."

Ubi de coloratis vestibus sermo est. Vid Gloss.

Petunt ciniflones, sarcinatores petunt;
Strophiarii adstant, adstant semizonarii. 470
Jam hosce absolutos censeas; cedunt, petunt,
Treceni constant phylacistæ in atriis;
Textores, limbuarii, arcularii,
Ducuntur; datur æs. Jam absolutos censeas:
Cum incedunt infectores crocotarii; 475
Aut aliqua mala crux semper est, quæ aliquid petat.

v. 469. *Ciniflones*, Sic Bo: (quem secutus est Goell.) ex conjectura; quia *fullo*, supra (v. 462.) memoratur. Habet quidem Vet. Cod. Meurs. Supra v. 463; ubi Nos dedimus *caupones*, nostros Codd. secutus. Et h. l. ægre ab omnibus Mss. et Editt. Vett. ubi *fullones* exhibetur, discedo; sed non fero vocem ejus momenti tam subito repetitam.——470. *Adstant, adstant* omnes Codd. Nisi quod apud H. 5, semel verbum legitur. Bo: *stant, stant.*—Tum *semizonarii*, unice H. 5. et ita Ald. Parm. Etc. Reliqui Codd. *Semisonarii.*——472. *Treceni constant phyl.* Ita H. 2. 3. 5. B. a. (et C. ex manu corrigenti;) et ita Ald. et Parm. nisi quod habent *Trecenti;* (qu. dat. H. 4.) Plures Codd: *Treceni quum* (aut *cum*) *stant;* et sic Lamb: aliique Recentt: nec male. Unice H. 1, *Treceni cum astant, stant ph.* et sic ferme Bo. sed nil opus, siquidem vox magni ponderis *phylacistæ* potest geminata *l* per emphasin pronuntiari; quod Supra [v. 197.] in verbo *reperisse* factum esse vidimus.——473. *Limbuarii*, Ita omnes Nostr. Codd. (abest a B. b.) Ald. autem, Parm. et Lamb. *Limbolarii.* Bo: *Limbularii.*——475. *Incedunt infectores*, Omnes Codd. et Edd. Vett.—Bo: *incedit infector crocotularius.* Sed ultimo loco habent decem Nostr. Codd. *crocotarum;* quorum H. 6, dat in marg. "Al. *crocotarii.*" et hoc plane habent H. 2. 3. 4. 5. et ita Lamb. Par. et Gronov. pronuntiandum nimirum cum emphasi in priore syll. ut in voc. *phylacistæ*, Supra, 472. Edd: Ald: et Parm: habent *crocotularii*, sed secunda syll: producitur. ——476. Non temere, credo, B. 1. et B. a, habent *qui aliquid petat;* siquidem pronomen respicit personam subauditam in voc. *mala crux*, non rem ipsam. Contra vero plurium Codd. et omnium Editt. auctoritatem, nil muto. Cæterum *aliquid* inest omnibus nostris; omisit Ald.

471. *Absolutos.*] 'Discharged; got rid of.' Dimissos. Infra 474.

472. *Treceni.*] De numero pene infinito dictum, ut Supra v. 275; *Sexcenta;* Exempla vide in Gloss.

— *In atriis.*] H. e. in primo vestibulo, ubi expectant debitorem a prandio redeuntem: et hinc *phylacistæ*, i. e. observatores, dicti; nam qui debent exigere, observant quo die vel quo loco debitorem conveniant. Com. Ms. Vide Gloss.

475. *Incedunt.*] 'Come sneaking along.' Cum indignatione dictum. De hoc verbo Vide Supra v. 8.

— *Crocotarii.*] Vide Gloss. et loc. Epid. 224. cit. Supra, ad v. 462.

476. *Aliqua mala crux.*] 'Some horrid plague or other.' Creditores, qui *cruciant* debitores. Com. Ms. *Crux* pro quavis re abominanda ac detestanda ponitur. Vide Men. Prol. 66. Gloss. Sic Infra 585.

EU. Compellarem ego illum, ni metuam, ne desinat
Memorare mores mulierum: nunc sic sinam.
ME. Ubi nugigerulis res soluta est omnibus,
[Pro illis crocotis, strophiis, sumptu uxorio:] 480
Ibi ad postremum cedit miles, æs petit.
Itur, putatur ratio cum argentario;

v. 477. Ita Mss. omnes Nostr. et Vindd. ita etiam Edd. Vett. priore syllaba *τοῦ illum* nimirum correpta; quod cum toties factum sit apud Nostrum, nequeo satis mirari quemquam jam in eo hærere, præsertim nuperrimos hos Editores, qui, rem metricam se præ cæteris tractavisse, ad nauseam usque prædicant.——479. *Nugigerulis*, Ita Bo: post alios, et hanc lectionem confirmant Codd. (quorum C, habet mendose *nugigerulus;* et B. a, utrumque, et *nugigerulus*, et *nugigerulis.*) In quinque nostris est *nugivendis*, horum tamen H. 6, habet in marg. "Al. *nugigerulus.*" In H. 2. 5; est *nugivendulis*, quod metro refragatur. Vide in Gloss. Dant quidem Ald. et Parm. et alii *nugivendis*, quod facile quis patiatur, sed alterum videtur esse revera Plautinum, hoc autem in voce insolenti glossarium; igitur *nugigerulis* præferendum censui.——480. Abest hic versus omnino ab omnibus quos vidi Codd. nec habent Edd. Vett. In textum inseruit BOTHIUS, cujus verba sunt, "Adsumsi hunc versum, a Nonio tanquam hujus fabulæ laudatum, Acidalio potius obsecutus quam Gulielmio, qui hæc inserebat post v. 484."

478. *Sic sinam.*] 'Will let him alone; leave him as he is.' Vide Gloss. ad Men. 265.

"*Sine* fores *sic.*"

479. *Nugigerulis.*] "Nicknack-mongers." A nugas gerendo. Contemptim dicitur. Vide autem Nott. Critt.

481. *Cedit miles.*] 'Up comes the tax-gatherer.' Citant Interpp. Varr. Lib. IV. de Ling. Lat. "Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia, quæ a populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebatur. [Nos dicimus, *a rate.*] Ab hoc ea, quæ assignata erat, attributum dictum; ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia, ut *militi* redderent, Tribuni ærarii dicti; id quod attributum erat, *æs militare.*"

482. *Putatur ratio cum argentario.*] 'The account is made up at the bank.' *Putare rationem*, est liquidum facere; subducto credito debitoque, secernere et videre quid sui sit, quid alieni. GRON.

— *Argentario.*] 'The banker.' Erant hi trapezitæ seu mensarii, apud quos depositæ erant ab iis pecuniæ, qui eas occupare et exercere volebant. Inde enim fœneri sumebantur. Tabernas et mensas cum ære in foro positas habebant. Apud mensas pecuniæ deponebantur, permutabantur, emebantur, vendebantur; deque

Impransus miles adstat, æs censet dari.
Ubi disputata est ratio cum argentario,
Etiam ipsus ultro debet argentario: 485
Spes prorogatur militi in alium diem.
Hæc sunt atque aliæ multæ in magnis dotibus
Incommoditates, sumptusque intolerabiles:
Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri;
Dotatæ mactant et malo et damno viros. 490
Sed eccum affinem ante ædes! Quid agis, Euclio?

v. 483. Mss. et nonnullæ Edd. Vett. *Miles impransus adstat;* unde fecit Edit: Parm: *Miles ibi impransus,* sed nescio an aliqua scriptorum auctoritate.——485. V. 2. Ald. et Parm. habent *Etiam plus ipsus deb.* Cæterum abest hic versus (quem omisit CAMERAR:) ab A. H. 3. et V. 1. incuria credo librariorum, quibus, inter scribendum, vox *argentario,* in fine duorum versuum repetita, erroris (quem nemo non excusabit) causam objecerat. Reliquorum Codd: plures dant *Etiam plus ipsus ultro;* nisi quod nonnulli habent mendose *ipsius.* In H. 5, *ultro* est post *argentario* insertum, unde ortam esse hanc vocem ex gloss: marginali suspicor. Lambinus expulit *plus,* ob similitudinem τοῦ *ipsus,* et hunc alii secuti sunt. Simul quidem leguntur *ipse ultro,* apud Virg. Æn. V. 446. "Et *ultro, Ipse* gravis graviterque....." Denique H. 5, *Et plus ipsus ultro,* quod non valde improbo, (priore Syll: τοῦ *ipsus* correpta,) siquidem vox *etiam* apud omnes fere Codd: contracte (h. e. *et,* lineola superinducta,) legitur.——487. *Hæc,* Ita plerique Codd. et Edd. Medd. Ald: autem, et Parm. *Hæ;* et ita dant A. B. 1. 2. et B. a. Sed recte pro glossem: habuit Bothius.——490. Pro *mactant,* Com. Ms. *macerant,* h. e. damno; quo sensu sæpe apud Nostr. et Terent. occurrit.——491. *Quid agis,* Ita omnes Codd. Nostr. et Vindd. nisi unus H. 5, ubi est *Quid ais?* Ed. Princ. Ald. et Parm. *Quid agitur?*

his omnibus *rationes* conficiebant. PAR. Lex. Plaut. ubi plura videsis de horum officio.

484. *Ubi disputata est ratio.*] 'When the items are cast up *pro* and *con;* are balanced.' Hæc enim est vis verbi compositi *disputare.*

485. *Ipsus.*] Ipse, maritus.

486. *Spes prorogatur militi.*] Bene Comicus rem solvi fingit omnibus istis nugatoribus; ubi vero ad Tributum ventum est, reipublicæ pendendum, hæsitare bonos viros, dotatarum maritos, et spem prorogare flagitatoribus: quomodo etiam in Epid. 220.

"Tributus quom imperatus est, negant pendi potesse;
Illis quibus tributus major penditur, pendi potest." BOTH.

490. *Dotatæ mactant* etc.] Cum tota hac scena bene confert Interpr. Angl. similem locum ex Mil. Gl. 697. sqq.

"Hæc atque hujus similia alia damna multa mulierum
Me uxore prohibent."

491. *Sed eccum affinem.*] Supra 427.

EU. Nimium lubenter audivi sermonem tuom.
ME. An audivisti?
EU. Usque a principio omnia.
ME. Tamen meo quidem animo aliquanto facias rectius,
Si nitidior sis filiæ in nuptiis. 495
EU. Pro re nitorem, et gloriam pro copia

v. 492. *Lubenter*, B. 1. R. 2. et B. a. itaque Edd. Vett. Reliqui Codd. *libenter*, sed illud melius, et in his vocibus sæpissime apud Scriptos erratur.—*Audivi*, plane septemdecim quos evolvi Codices; et ita Ed. Princ. et reliquæ Vett. Primus, quod scio, Lambinus *edi* pro *audivi* posuit, et hunc Recentiores secuti sunt.——493. *An audivisti?* Ita novem Nostri Codd. Et Edd. Vett. *An audisti*, H. 3. *An audistis*, A. B. 2. *An audistin'*, H. 1. 5. Sed *audivisti* ἀνεκθλίπτως, utpote vox magni ponderis, pronuntiand.——494. Ita Bo: e Codd. Langg. Sed undecim Nostri et Tres Vindd. habent Tamen *e meo quidem an.* Apud A. legitur, *equidem meo animo.* H. 2, *et meo an. quidem*, (sed *e* superscript.) H. 4, *et meo quid. an.* Cæterum *tamen* rapide pronuntiand.——495. *Filiæ nuptiis*, B. b. *in nuptiis filiæ*, H. 4. Reliqui *nuptiis filiæ*, omissa particula *in*. Et ita Edd. Vett. Bo: *filiai in nupt.* sed potest *filiæ* sine elisione legi. Vet: Ed: Parm: duos hujusmodi versus confecit, *Tamen e meo quidem animo aliquanto rectius | Facias, si nitidior sis nuptiis filiæ;* et ita PAREUS, nec valde improbo, sed in nullis quos vidi Scriptis *rectius ante facias* occurrit, et versus ipsi sunt metri durioris.

492. *Nimium lubenter audivi* etc.] Legitur apud plerosque Libros Editos, *edi* pro *audivi*, quod bene reddit Interpr. Angl. 'I've been greedily *devouring* your discourse.' Et confert, SHAKSP. *Othell.*

"She'd come again and with a greedy ear
Devour up my discourse."

Et Jerem. Cap. XV. v. 16. "Thy words were found, and I did *eat them.*" Nost. Pœn. 822.

"Quam orationem hanc aures dulcem *devorant!*"

Quibus addas, Cist. 447. "Istuc mihi *cibus* est, quod fabulare." et Most. 1017. "*Gustare* ego ejus *sermonem* volo." Sed vide in Nott. Critt.

494. *Tamen.*] Quamquam locutus sim ad parsimoniam. COM. Ms.

496. *Pro re nitorem* etc.] Totam sententiam sic vertas; 'They who keep up a display proportioned to their income, and splendour according to their means, don't forget from what rank they are sprung.' Conferas SHAKSP.

"Costly thy habit as thy purse can buy,
But not expressed in fancy."
Hamlet. Act II. Sc. III.

Reddit Interpr: Britann: per notum apud nos proverbium,

"Why, every one
Should cut his coat according to his cloth."

Cæterum male LAMB: aliique interpungunt post *copia;* melior GRONOV: qui sic interpretatus est; "Decet unumquemque meminisse quibus natus sit, et quem ordinem pro genere ac patrimonio acceperit. Id magis faciunt, *qui habent*

Qui habent, meminerunt sese, unde oriundi sient;
Neque pol, Megadore, mihi nec cuiquam pauperi
Opinione melius res structa est domi.

ME. Imo est, et dii faciant, utinam, ut siet, 500
Plus plusque istuc sospitent, quod nunc habes!

EU. Illud mihi verbum non placet: Quod nunc habes.—
Tam hoc scit, me habere, quam egomet: anus fecit palam!

ME. Quid tu te solus e senatu sevocas?

EU. Pol ego, ut te accusem, merito meditabar.

ME. Quid est?

v. 497. *Meminerunt*, Decem Nostri, et V. 1. 3. *Meminere*, C. *Meminerint*, (quod dedit Bo.) habent A. B. 2. H. 3. V. 2. et ita nonnullæ Vett. Edd. Sed alterum, quod ad sententiam, aptius esse judico. ——499. Quinque Codd. *opinione res melius*.——500. Hunc versum, qui in omnibus Scriptis mancus reperitur, alii aliter, prout visum est, emendarunt. In Codd. est *Imo* (seu *Immo*) *est, et dii faciant ut siet*, et ita Edd. Priores. In una Parm: nescio cujus auctoritate exstat, *Immo est, et* quæso *tibi dii faciant ut siet;* unde nostrum versum conflavi, cum, (siquidem ad conjecturas omnino confugiendum est,) verisimilius est vocem *utinam* (præsertim si contracte, ut in Mss. mos est, ponatur,) ante sequ. *ut* elapsam fuisse, quam *quæso* e medio versu excidisse; et illud quoque quod ad Latinitatem melius. *dii* autem solute pronuntiandum. Cæterum H. 4. B. 2. et C, habent *sient* in fine versus, si quis de germana quid lectione inde queat odorari——501. *Plusque* non elid. ita enim Mss. [Vide Infra 573.] *Istuc* omnes Codd.——502. *Illud*, omnes Codd. et Edd. Vett. Bo: *Illuc*.——503. *Hoc*, Ita Codd. præter B. 1. H. 1; qui habent *hic*, et ita Bo: post Ald. aliosque; sed illud melius, ut ad aurum referatur, quod sæpe in hac fabula factum est.—*anu'* ablata litt. ult. pronuntiand.——505. Nonnulli Codd. *meritoque*.

nitorem pro re, ac gloriam pro copia: qui tantum nitent seque efferunt quantum res et copia patitur."

499. *Opinione melius res* etc.] 'Don't keep up a better establishment than is looked for from us.' Quasi dicat, Nihil pauperes habent nisi quod videtur publice. COM. Ms. Haud majorem sumptum domi exhibemus quam pro quæstu nostro homines expectarent. Sic, Mil. 1227.

"Istuc curavi, ut *opinione* illius pulcrior sis."

Et Cas. 229.

"*Opinione melius* res tibi habent tuæ."

501. *Plus plusque.*] Hebraice geminatur particula, augendæ significationis causa.

504. *E senatu sevocas?*] Senatus est ubi conferuntur simul consilia multorum; nunc facit similitudinem; tute loqueris solus, discedens a communibus consiliis. COM. Ms. Sensus est, Quare seducis te, et sic seorsim loqueris? Conf. Mil. 590—593.

"Redeo in *senatum* rursus"...etc.

EU. Quid sit me rogitas? qui mihi omnes angulos 506
Furum implevisti in ædibus misero mihi?
Qui mi intromisisti in ædibus quingentos cocos
Cum senis manibus, genere Geryonaceo,
Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit, 510
Quem quondam Ioni Juno custodem addidit,
Is numquam servet; præterea tibicinam,
Quæ mi interbibere sola, si vino scateat,
Corinthiensem fontem Pirenem potest.

v. 507. *Misero mihi*, Ita omnes Scripti; et sic Supra 418. Nec video cur quis in repetita voce *mihi* offendatur, cum respicias quali personæ hæc verba pertineant. Ipse olim conjeceram versu priori legendum esse, *Quine omnes angulos*, etc. (cum hiatu, sicut Supra v. 501. in *plusque istuc*;) sed id nunc, contra tot Codd. auctoritatem, non ausim. Edd. Vett. *misero, qui mihi Intromisisti* etc.——508. Si sana sit ista omnium Codicum lectio, pronuntianda sunt *intromis'ti*, et *æd'bus* aut *ædibu'*; Eadem constructio Supra 59-60; ubi in *ædibus* consentiunt Codd: ut hoc loco.——509. *Geryonaceo*, Varie hæc vox in Scriptis exhibetur; quod dedi habent Edd. Vett. et Recentt. pleræque.——510. H. 1. et C, *oculus*; et R. 1; sed litt. *e* superscripta.——511. *Ioni*, Ita Codd. plerique, quorum H. 6, præbet gloss. marginale, "*Io*, genitivus, *Ionis*." Et ita Edd. Vett. et Recentt. Bo: vero, nescio an errore typographico, *Jovi*. ——513. *Scateat*, Ita sex Nostri et V. 2. 3. Item Ed. Princ. Ald. et Parm. per crasin nimirum duæ posteriores vocales in unam syll. coalescunt. *Scatet* vero quatuor Nostri, et V, 1. et ita Bo: post alios. *Scatit*, H. 5.——514. Codd. fere omnes habent *et Pireneum*; Duo A; B. 1; *et Pirenem*; a nullo abest particula *et*: quæ quomodo in textum irrepserit non video, et pene suspicor esse a manu Auctoris, qui de industria hominem imperitius de hujusmodi rebus loquentem, (quod fieri passim apud Nostrum apparet,) joci causa introduxerit.

506. *Qui mihi omnes angulos*, etc.] 'What, you who have filled every corner in my house with thieves!' Supra 391.

508. *In ædibus.*] Ita legitur apud COM. Ms. addito, "*In ædibus*, More antiquo, nos autem dicimus *in ædes*." Vide Nott. Critt.

509. *Genere Geryonaceo.*] Geryon, rex Hispaniarum: fingitur a Poetis tricorpor, habens terna capita, sex manus, totidemque pedes. TAUBM. Conf. Lucret. V. 28.

"Quidve tripectora tergemini vis Geryonaï."

Causam hujus allegoriæ præbet COM: Ms: quod ille rex *tres fratres* habuerit, unde tricorpor vulgo perhibebatur.

511. *Ioni Juno custodem.*] Vide Ovid. Metam. Lib. I. xv. GRON.

514. *Pirenem.*] Fontem illum celeberrimum sub Acrocorintho positum, de quo Persius in Prolog. Satirarum, v. 4.

"Pallidamque Pirenem."

Tum opsonium autem...

ME. Pol, vel lenoni sat est.

Etiam agnum misi.

EU. Quo quidem agno sat scio

Magis curiosam nusquam esse ullam belluam. 517

ME. Volo ego ex te scire, qui sit agnus curio.

EU. Quia ossa ac pellis totus est: ita cura macet;

v. 515. *Lenoni*, Ita plane R. 2. Reliqui omnes, et Edd. Vett. *leoni*, quod metro refragatur, alioqui optimum. [Conf. Juv. Sat. VII. 76. "Multa pascendum carne *leonem*."] Bo: post alios, *legioni;* sed, quod ad ductum litterarum pertinet, verisimilius est *lenoni* esse a Plauti manu quam *legioni;* et, quod ad sensum, passim lenones pro avidis atque insatiabilibus apud Comicos arripiuntur.——517. *Magi'* pronuntiand. Bo: *mage*, sed illud habent Mss.—Tum *curiosam* omnino, ad Codicum omnium auctoritatem, legendum; ne cum Bo: et Goell: *curionem* emendes; nam, quem citant Non. Marc., is plane respicit vocem *curio* versu sequenti additam.—*Belluam*, tres Nostr. Codd. et Edd. Recentt. *bestiam*, vero Ald. Parm. et Mss. plerique. Sed illud verisimilius vel ob Gloss. quod præbet H. 6. "*Belluam* indifferenter posuit auctoritas veterum. Non. Marc. all. h. l." Quatuor Nostri habent *haud esse*, cum hiatu in voc. *curiosam*, sed alterum melius.——518. *Qui sit*, Ita quinque Nostri et V. 3. Reliqui *quid sit*. Edd. Vett. *qui sit;* et ita Bo.—Pro *Curio* autem habent C, H. 4, et B. a, *Curiosus;* et ita H. 2, sed altera manu correctum, addito in marg: "*Curio* pro *curiosus;* Non. Marc. all. h. l."——519. *Quia*, Ita octo Nostri et V. 1. 2. *Qui* autem reliqui, et sic Ald. Parm. aliique. Sed alterum postulare videtur posterius sententiæ membrum.—*Totust* pronuntiand. ut edidit Bo. *est totus*, A. H. 2.

515. *Tum opsonium autem...*] Intelligit COM: Ms: quasi dicturus esset, Meditor esse turpe et parum: sed melius, credo, DISSALD: quasi Megadorus hæc verba de anu quoque, sicut priora, dicta esse suspicetur, tanquam quæ opsonium etiam cum vino devoratura esset; interpellat igitur, *Pol vel legioni* [aut *lenoni*, Vide in Nott. Critt.] *sat est*. Quod Noster Massinger vocat,

"Provision enough to serve a garrison."
City Madam. Act. I. Sc. I.

517. *Magis curiosam* etc.] Ludit nimirum in vocem *Curio* quæ proprie est id. qu. Magister Curiæ, ut, Supra 68, vidimus; nunc autem est pro agno, qui ita *cura macet*, ut sit ossa atque pellis totus. Vide Gloss. et in Nott. Critt.

518. *Curio.*] Ita Megadorus, non enim intellexerat ultimam syllabam [τοῦ *curiosam.*] COM. Ms.

519. *Ossa ac pellis totus est.*] 'It is all skin and bone.' Quod de agnis ait Virg. Ecl. III. 102.

"His certe neque amor causa est; *vix ossibus hærent.*"

Expressum ex Theocr. Idyll. IV. 20.

"Τήνας μὲν δή τοι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται τώστεα."

Citat LAMB: Nost. Capt. 66. sqq.

"Macesco, consenesco, et tabesco miser. *Ossa atque pellis sum* miser a macritudine."

Quin exta inspicere in sole etiam vivo licet: 520
Ita is pellucet, quasi laterna Punica.
ME. Cædundum illum ego conduxi.
EU. Tum tu idem optumum est
Loces efferundum: nam jam, credo, mortuos est.
ME. Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.
EU. Non potem ego quidem hercle.
ME. At ego jussero 525
Cadum unum vini veteris a me afferrier.
EU. Nolo hercle: nam mihi bibere decretum est aquam.
ME. Ego te hodie reddam madidum, si vivo, probe,

v. 520. Codd: vel *et vivo*, vel *et vino*. Ald. Parm. et Recentt. *etiam*, et id servavi, quamquam alterum potest cum hiatu retineri.——522. Quatuor Nostri, *ego illum*.—Pro *idem*, H. 4, dat *ideo*.—Tum *optimum est* plane B. a. et Editt. pleræque. H. 4. 6, *optumus es*. Reliqui *optumus est*.——523. *Loces*, Ita omnes Codd. *eff'rundum*, sublata vocali *e* pronuntiand. *Loca*, Bo: et Edd. pleræque Vett. et Recentt. sed nil opus mutare.——526. *A me afferrier;* Ita plane B. a. H. 3. 5. R. 2. et ita recte Libri Editi. Reliqui autem Codd. *ad me*, perperam.——527. Ἀμέτρως legitur in Mss. *aquam est*. Cum hoc versu clauditur H. 4. Quæ sequuntur igitur carent ejus auctoritate; et est, licet chartaceus, haud parvi pretii Codex.——528. *Si vivam*, B. a. *Si vivo vino*, R. 2. Reliqui vel *vino*, vel *vivo*. In fine versus exhibet H. 1, *prope;* sed alterum melius.

520. *Exta inspicere.*] Hyperbole; Exta non nisi mactatis animalibus inspiciebantur, aut inspici poterant ab extispiciis et sacerdotibus. At hunc agnum Euclio ita macrum esse dicit, ut etiam ei vivo exta inspicere liceat in sole. LAMB.

521. *Quasi laterna Punica.*] Laternæ enim Africanæ supra ceteras erant pellucidæ. De cornea laterna intelligit. SCAL.

523. *Loces efferundum.*] I. e. Sepeliri curabis; ad sepulturam efferri operam quamprimum dabis. Vide in Gloss. Mos fuit apud Romanos cadavera mortuorum, qui de infima plebe essent, per *Conductores* sepeliri curare: hi igitur funera *conducere*, ii autem, unde funus elatum est, *locare*, propriis vocabulis dicebantur. Consule Interpp. ad Juv. Sat. III. 32.

"Queis facile est ædem *conducere*.....
—— *portandum ad busta cadaver*."

Et Hor. Sat. I. VIII. 9.

"—— Angustis ejecta cadavera cellis
Conservus vili portanda *locabat* in arca."

526. *Unum.*] H. 1. παρέλκει, quod non raro fit in hac voce.

Tibi cui decretum est bibere aquam!
EU. Scio, quam rem agat:
Ut me deponat vino, eam affectat viam: 530
Post hoc, quod habeo, ut commutet coloniam;
Ego id cavebo: nam alicubi abstrudam foris.
Ego faxo et operam et vinum perdiderit simul.
ME. Ego, nisi quid vis me, eo lavatum, ut sacruficem.
EU. Edepol næ tu, Aula, multos inimicos habes, 535
Atque istuc aurum, quod tibi concreditum est!
Nunc hoc mihi factu est optumum, ut te auferam,
Aula, in Fidei fanum, ubi abstrudam probe.
Fides, novisti me et ego te: cave sis tibi,

v. 529. *Tibi cui*, Sex Nostri Codd. et Edd. Recentt. *Tibi an*, reliqui, præter H. 5; ubi est *cui*, (omisso *Tibi*;) et in H. 2, est *cui* pro *an* altera manu scriptum. *Tibi an*, Edd. Ald. et Parm. sed alterum exquisitius; et simillima sunt inter se *cui* et *an* in Scriptis, ut facile hoc pro illo suppositum sit.——531. Ita ordinantur hæc verba apud Edd. Vett. tres Vindd. et omnes Nostros Codd. præter R. 2. ut miror quemquam immutasse. Apud R. 2, est *Post com. hoc qu. hab. ut colon.*——532. *Foris*, Tres Vindd. et omnes Nostri, et ita Edd. Vett. Bo: sine causa *foras*.——534. Ita hæc verba ordinantur in B. a. Codd: plures *nisi quid me vis*, et ita Bo: et Edd. Medd. numeris durioribus. Edd: Vett: Ald: et Parm: omittunt *me*.——536. *Istuc*, Codd. omnes.——537. *Factu*, Ita Lamb: qui observat nonnullos ex libris veteribus habere *factum est optimum;* et ita sane omnes Nostri; Ed: Ald: dat *factu optumu'st*. Cæterum *ut te auferam*, et Mss. et Edd. Vett. Aliter Bo: sed nil opus. *te* non elid.——538. *Ubi abstrud.* Ita C. B. a. Reliqui *ibi abstr.* vel *ibi te abstr.*—Pro *Aula*, Codd. nonnulli *Aulam* mendose. Conjecerat V. D. FRANCISC. HARE, legendum, *Aula, hinc in.*

529. *Tibi cui.*] Pleonasmus. Confert GRON: Epid. 322.

"*Tibi cui* divitiæ domi maxumæ sunt."

Frustra vulgatæ: *Te cui.* BOTH.

— *Scio quam rem agat.*] Infra 781.

531. *Commutet coloniam.*] 'Change its' settlement.' Ridicule dictum de aula auri plena, quasi de populo novas sedes quærente.

533. *Et operam et vinum.*] Ludit in proverb: *Et oleum et operam perdere:* quod valet frustra esse, negotium nequicquam suscipere.

534. *Nisi quid vis me.*] Abeuntes usitata formula interrogabant, "Numquid me vis?" Vid. Men. 242. Gloss.

— *Eo lavatum.*] Quia puris manibus Deos invocabant sacrificantes; [Amph. 942. Infra 566.] et uxorem ducturi sacrificiis semper auspicabantur, quod ex Servio notat GRON.

Ne in me mutassis nomen, si hoc concreduo! 540
Ibo ad te, fretus tua, Fides, fiducia.

ACT. IV. SCENA I.

STROBILUS.

Hoc est servi facinus frugi facere, quod ego persequor;
Ne moræ molestiæque imperium herile habeat sibi.
Nam qui hero ex sententia servire servos postulat:
In herum matura, in se sera, condecet capessere; 545

v. 540. Codd: omnes et Edd: Vett: *Ne tu in me mutassis;* sed potuit *tu* ob sensum, vel ex similitudine sequentis particulæ, in textum irrepsisse. Bo: ex Acidal: *Ne tu inmutassis;* sed illud *in me* sententiæ aptius est quam ut libenter expungam. Vide Nott.—Pro *mutassis* habet C, in margine, "al. *mutes;*" sed hoc, credo, ex glossem.—*Concreduo,* Sex Nostri Codd. et V. 3. et Edd. Vett. *Congreduo,* H. 3, mendose. Reliqui Nostr. et V. 1. 2, *concredo.* C, autem, non male exhibet, *nomen, hoc concrediito.*——541. *Tua* per crasin in unam syll. contrahitur.——543. *Ne moræ,* etc. Ita Ald. Parm. Lamb. et omnes nostri Codd. præter unum C, qui habet *Neque moræ.* Bo: et Recentt: nonnulli, *Nec.* Hunc versum sine justa causa transposuit Goell. fortasse quia displicebat illud *Nec,* quod haud locum hic habere videbatur.

540. *In me mutassis nomen.*] Et fias ex *Fide* Infidelis. Ut in Amph. 151.

"Formido male
Ne ego hic nomen meum commutem, et Quintus fiam e Sosia."

Cæterum nostro loco habet Com: Ms: *commutassis,* addito, "Ut dicaris *infida,* cum sis infidelis." Vide Nott. Critt.

542. *Hoc est servi facinus,* etc.] Confer sententiam similem apud Men. 860. sqq.

"Spectamen bono servo id est, qui rem herilem
Procurat, videt, collocat, cogitatque"....

544. *Ex sententia.*] Ex animo illius. Men. 190.

545. *In herum,* etc.] Primo debet maturare ut faciat facta domini sui, si opus est; secundo faciat sua. Com. Ms. *In,* hoc loco valet, *Quod attinet ad.*

Sin dormitet: ita dormitet, servom sese ut cogitet.
Nam qui amanti servitutem servit, quasi ego servio,
Si herum videt superare amorem, hoc servi esse officium reor:
Retinere ad salutem; non eum, quo incumbat, eo impellere. 549
Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea inducitur ratis,
[Qui laborent minus, facilius ut nent, et moveant manus:]

v. 546. Ita Edd. Vett. et Recentt. mendose autem Codd. habent *Sin dormit: et ita dormitet*, vel *et ita dormiet*. A, et H. 1, habent *ita dormire*, (sed in H. 1, *est dormitet* corrigentis manu repositum.) ——547. Mss. omnes, præter R. 2, habent *amanti hero;* et ita Edd. Vett. quæ si sit vera lectio, pronuntiandum est *serv'tutem*, sublata vocali *i*; sed cum facillime potest illud *hero* esse ex interpretis manu, post Bothium omisi, præsertim cum absit a Cod. B. 2.——548. Omnes Scripti et Nostr. et Vindd. retinent *herum*, et sic Ed. Princ. cum aliis Vett. igitur hanc vocem nolo iterum cum Bothio eliminare; pronuntiand. *S'rum videt*, etc.—Pro *esse*, habet C, *est*, sed illud melius.——549. *Incubat*, H. 1. C. mendose.—*Compellere*, B. 2.——550. *Pueris*, Ita quatuor tantum Nostr. Codd. (H. 1. 5. B. 1. B. a.) Reliqui *pueri*, quod esset ἀνακόλουθον; et ita Ald. et Parm. Tum *inducitur*, omnes et Nostr. et Vindd. præter C, ubi est *indicitur* vitiose; quod tamen facile ortum sit ab *indsuitur*, quæ est lectio apud Lambin. et Recentiores nonnullas Editt.—*Scirpea* autem, duabus posterioribus vocalibus in unam syll. contractis, est pronuntiand.——551—3: Locum in primis exagitatum optime exhibiturus mihi visus sum, si quam proxime auctoritati Codicum insisterem, salva modo metrorum regula. Apud omnes, quos vidi, Codd: nulla exstat lacuna post verbum *tanquam*, (quod in *tamque*, alios secutus, non invite mutavi, siquidem apud omnes fere Codd: contracte scribitur;) ut Lambini interpolationem nullo modo patiar. Tum audacior Bothius, qui versum optimum [551?] contra omnium Scriptorum et Editorum fidem expungit. Pessime Goell: qui cum lacunam, quæ nulla est in Scriptis, admittat, cæteras voces hic illic ad libitum immutavit. Quod dedi levissime a collatis a me Manuscriptis discedit; horum igitur lectiones seriatim operæ erit describere. [551?] Ita hic versus apparet in omnibus Codd. et Nostr.

548. *Si herum videt superare amorem.*] 'If he perceive love overpowering him.' Si videt amorem hero esse validiorem ac potentiorem, ita ut herus vincatur, ac succumbat. Lamb. Confer Curcul. v. 7. ubi herum, amoris violentiæ succumbentem, ad salutem retinere nequicquam servus conatur.

549. *Quo incumbat, etc.*] 'Towards his own inclination.' Allegoria est, ducta ab iis, qui casabundi, vel jamjam casuri, ab aliquo in eam partem in quam procumbunt, manu impelluntur, ita ut affligantur in terram. Tale fere est illud apud M. Tull. pro Corn. Balb. *sub. init.* "Satis est homines imprudentia lapsos non erigere; urgere vero jacentem, aut *præcipitantes impellere*, certe est inhumanum." Lamb. Huic haud dissimiles sunt phrases illæ, "Currentem instigare;" "Currentem hortatus es;" et simill. Cic. Att. V. 9. VI. 7. XIII. 45. etc.

Eodem modo servom ratem esse amanti hero æquom censeo,
Ut toleret, ne pessum abeat; tamque herile imperium
Ediscat uti, quod loqui non os velit, oculi sciant.

et Vindd. nec in ullo vel minimum vestigium exstat unde colligi possit priorem partem (quod conjecit Bo.) esse ex Interpretis manu.—Pro *qui* habet H. 6, gloss: margin: *ut;* et pro *laborent*, nonnulli vitiose *laborant*. Extat etiam hic versus in Ed. Princ. (Venet. 1472.) Ald. Parm. Lamb. etc. ut omnino retineri debeat.——551. Iterum in hoc versu consentiunt Libri, et Scripti et Editi.——552. *Toleret*, et *abeat*, Ita hæc verba legenda; Codd. plerique *tolleret*, et *habeat*, illud mendose, hoc usitato more apud veteres scribendi, quo non raro littera *h* vocali incipienti præponitur.—*Tamquam*, omnes, sed posteriore parte contracta ut fit in scriptis. Tum hac voce finitur hic versus apud plerosque; apud H. 1. 5, ad voc. *herile* continuatur; apud H. 2. B. a, ad *imperium* (quod nos fecimus,) producitur; In C, et B. b, nulla linearum distinctione leguntur.——553. *Uti*, de meo dedi pro omnium Codd. et Editt. lectione, *ut*.—Tum *non os* plane omnes Scripti Nostr. et Vindd. nisi quod horum unus (V. 2.) habet transposite *os non;* ut miror quemquam, unius Camerarii auctoritate, *frons* supposuisse, cum nec in Edd. Vett. nec in Scriptis appareat. Restat ut addam illud *loqui* nullius Codicis auctoritate firmari, ex interpretatione COMMENT: MSti [Vide in Nott:] in textum recepi, cum id sensus bene patiatur, (ne dicam, postulet;) et potuit sane ob similitudinem pronominis præcedentis, per incuriam scribentis excidisse.

552. *Toleret.*] 'Should sustain him.' Sustineat, sustentet.

— *Ne pessum abeat.*] 'Lest he be overwhelmed; go to the bottom.' Ne submersus pereat. "*Pessum*, ad fundum; sub pedibus." COM. Ms. Vide Gloss.

— *Tamque*, etc.] Mss. omnes habent *tanquam*, quo verbo finitur hic versus apud plerosque. [Vide Nott. Critt.] Nunc primum video hunc locum olim conjectura sua tentasse Virum Reverendissimum FRANCISC. HARE, cujus in Plautum lucubrationes, nunquam in lucem editæ, exstant adhuc in Mss. Museo Britannico noviter illatis; de quibus plura videsis in Præfat. ejus verba sunt;—"*Tanquam*..., manifesta lacuna, ad quam explendam desiderari videtur quoddam hujusmodi, *in speculo contuens*, vel, *in speculo viderit*. Vid. Pseud. II. IV. 60. [751.]

"Ubi te aspexerit, narrabit ultro quid sese velis."

Tum lege, metro poscente, *heri imperium*; (littera *i* correpta.) et forte *eum* excidit post *toleret*."

553. *Quod loqui non os velit, oculi sciant.*] Cum hoc loco sit multa diversitas lectionum, [Vide Nott. Critt.] haud male conjicit C. C. Balbach, (Obss. Plautt. p. 12, 13.) recipiendum, "*ut, quidnam os velit, oc. sc.*" quæ ad Codd. Veterumque Edd. lectionem proxime accedit, commodamque hanc præbet sententiam: Servus ediscere quasi debet herile imperium, ut ne opus sit hero semper eloqui, quid velit; oculi servi prænoscere debent, quid

Quod jubeat, citis quadrigis citius properet persequi.
Qui ea curabit, abstinebit censione bubula, 555
Nec sua opera rediget unquam in splendorem compedes.
Nunc herus meus amat filiam hujus Euclionis pauperis;
Eam hero nunc renunciatum est nuptum huic Megadoro dari:
Is speculatum huc misit me, ut, quæ fierent, fieret particeps. 559
Nunc sine omni suspicione in ara hic assidam sacra:

v. 555. *Censione bubula*, Ita quinque Nostri plane; apud reliquos corrupte legitur.——556. Ita hæc verba ordinantur apud omnes fere Codd. et Edd. Vett. *unquam*, cum hiatu legend.—Pro *rediget*, nonnulli *reddet;* alii *rediet*, et *redient*.——557. *Filiam hujus*, omnes et Nostr. et Vindd. et ita Ald. Parm. Lamb. pronuntiandum nimirum *heru'*, et *meus* pro monosyll. habend. ut et *Eam* versu sequenti.——559. *Is*, omnes Scripti et Edd. Vett. Bo: de suo *Id*.——560. *Assidam*, Mss. et Edd. Vett.

herus ore dicere conetur; ne expectet, dum moneatur. Nos dicimus 'To read his master's looks.' Sed melius credo Vulgatum; quod bene explicat Com. Ms. "Talem etiam decet servum ut in solo aspectu imperium domini intelligat; ut vultu vel oculis intelligat id quod dominus *loqui non vult*." H. e. Non auribus, sed oculis mentem domini augurari; Anglice vertas, 'To gather from his looks what his master does not venture to give utterance to.'

555. *Abstinebit censione bubula.*] 'Will escape the castigation of the lash.' Per censionem, i. e. animadversionem bubulam, *verbera* significat, quæ *loris bubulis* servorum improborum tergo incutiuntur. Lamb. Vide Gloss.

556. *Rediget in splendorem.*] Non committet peccata quibus aliquis dignus est conjici in compedibus, quæ exercendo fiunt lucidæ. Com. Ms.

558. *Renunciatum.*] Ut in re inopinata et ingrata. Men. 327.

— *Dari.*] Supra 483.

559. *Speculatum.*] 'To keep a look out.' Observatum huc misit me, ut hinc prospiciam tanquam *ex specula*. Lamb.

560. *Sine omni suspicione.*] Quia sum in loco communi in quo nemo suspicabitur me esse exploratorem. Com. Ms. In Comœdiis ara statuebatur Apollini προστατηρίῳ, i. e. præsidi; cujus aræ mentio fit apud Ter. Andr. IV. III. 11.

"Ex ara hinc sume verbenas tibi."

Græv. Vide Commentt. in loc. cit. Terent.

Hinc ego et huc et illuc potero, quid agant, arbitrarier.

ACT. IV. SCENA II.

EUCLIO. STROBILUS.

EU. Tu modo cave cuiquam indicassis, aurum meum esse istic, Fides.
Non metuo, ne quisquam inveniat: ita probe in latebris situm est.
Edepol næ illic pulcram prædam agat, si quis illam invenerit
Aulam onustam auri. Verum id te quæso ut prohibessis, Fides. 565
Nunc lavabo, ut rem divinam faciam; ne affinem morer,

v. 561. *Agat*, C. *Agam*, B. a. utrumque vitiose.——562. *Cuiquam*, B. a. B. b. et ita Parm. et Lamb. Reliqui Codd. *quicquam*, nec male. Bo: post Ald. *quoiquam*.——563. *Metuo ut*, Quatuor Nostri, sed alterum unice rectum.——564. *Si quis*, Ita tres Vindd. et omnes Nostr. Codd. et sic Edd. Vett. Bo: Acidalium secutus, *si qui*, "numerorum," ut ait, "causa;" oblitus priorem syllabam *τοῦ illam* passim apud Nostrum corripi.——566. *Affinem*, omnes; Bo: (ut solet,) *adfinem*.

561. *Arbitrarier.*] Id est, tanquam arbiter judicare aut prospectare. Nam *arbiter* interdum speculatorem, et *arbitrium* prospectum, et *arbitrari* prospicere ac speculari significat; ut in Apul. Lib. III. "Ipsaque per rimam ostiorum quampiam jubet *arbitrari*." i. e. spectare. LAMB.

564. *Illic.*] Ille. Supra 142. — *Pulcram prædam agat.*] 'Would carry off a pretty booty.' De hac phrasi vide in Gloss.

565. *Onustam auri.*] Rarior constructio pro eo quod est *onus auri continentem;* Sic Infra 571. At in v. 766, *onustam auro* legitur.

566. *Lavabo, ut rem divinam faciam.*] Ut sacrificem. Supra 534. Vide Gloss.

Quin, ubi arcessat me, meam extemplo filiam ducat domum.
Vide, Fides, etiam atque etiam nunc, salvam ut aulam abs te auferam!
Tuæ fidei concredidi aurum; in tuo luco et fano est situm.—

ST. Dii immortales, quod ego hunc hominem facinus audio loqui, 570
Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano Fidei;
Cave tu illi fidelis, quæso, potius fueris, quam mihi!
Atque hic pater est, ut ego opinor, hujus herus quam amat.

v. 567. *Me*, quod inest tribus Vindd. et omnibus Nostris Codd. et Edd. Vett. omisit Bo. Sed quid vetat sponsam ducturum Megadorum et patrem simul arcessere? imo vel pudicitia id postulare videtur.—Quod ad metrum attinet, *meam* μονοσυλλάβως legend. et ante sequ. vocal. elidend.—Delendum autem esse, (quod censet Noster HARE,) nequaquam judico.—Pro *arcessat*, tres Vindd. et plures Nostri, *accersat; arcessat*, autem, B. 2. H. 2. (Sed *accersat* superscript.) et B. a. *arcessat*, H. 5. Vide Funcc. cit. ad Men. Gloss. 636.——568. Variatur horum verborum in Codd. ordinatio; quod dedi, (Bothium secutus,) est optimorum Codd. et Librorum lectio.——569. *Fidei*, omnes Codd. et Edd. Vett. Bo: *fide*, ἀρχαικῶς, sed nil opus.—*Tuæ*, et *tuo*, monosyllabice pronuntiand.—Tum legitur apud omnes Nostros, *modo est situm;* nisi quod H. 2, habet, *modo situm est;* sed aliter Vindd. quorum V. 1, exhibet, *fano meo est situm;* V. 2, *fano meum est sit.* V. 3, *fano modo est situm.* Sed cum apud omnes fere contracte legitur istud *modo*, [h. e. *m* simpl. cum *o* superscript.] ut possit ex similitudine syllabæ posterioris τοῦ *fano* in textum irrepsisse, equidem (post Ald. et Parm.) omisi. [et sic Noster HARE.] quanquam fateor me libentius voce *fano*, ut gloss. in *luco*, (pro quo nonnulli habent *loco*,) cariturum.——570. *Facinus audio*, omnes et Nostr. et Vindd. et Edd. Vett. perperam transposuit Bo. Conjecit HARE, *Audio modo loqui*, (*modo* ex versu priore huc illato.)——571. *Fidei*, tres Vindd. et omnes Nostr. itaque Edd. Lamb. et Taubm. (Sax. 1605.) nec causam satis justam video cur ab his omnibus discedatur, et lectio nova, *Fides*, (vocative posita,) a libris editis Parmens. Ald. aliisque expetatur.——573. Sic Mss. nisi quod B. a, habet *Atqui pater*, (omisso *hic;*) et B. b, *ut opinor*, (omisso *ego.*) et sic Ed. Ald. alii alias conjecturas periclitati sunt. Ed. Parm. habet *puellæ* post *hujus;* Lamb. et Par. (secutis Recentt.) *meus* post *herus* addiderunt. Aliter HARE, qui putat *meus* a fine versus verisimilius excidisse, et legendum jubet *hujus herus quam amat meus.* Bo: dedit, *hujus est.* Facillime nimirum hujusmodi remediis quilibet utatur, sed dum minima carent auctoritate, satius est scriptorum vestigiis insistere, hiatu post *Atque*, [Supra 501.] et *ego*, (quod insolentius est,) relicto.

572. *Cave tu illi fidelis*, etc.] 'Mind you be not more *faithful* to him than to me.' Ludit et hic, et passim per hanc scenam, in vocibus *Fides, fidelis, fideliam*, etc. Infra 621.

573. *Hujus.*] Hujus puellæ, Phædræ, Euclionis filiæ.

Ibo hinc intro: perscrutabor fanum, si inveniam uspiam
Aurum, dum hic est occupatus. Sed si reperero, o Fides, 575
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam;
Id adeo tibi faciam: verum ego mihi bibam, ubi id fecero.—
Eu. Non temere, est, quod corvos cantat mihi nunc ab læva manu;

v. 574. *Hinc*, Ita V. 2. 3. et decem Nostr. Codd. itaque Edd. Vett. *hic*, V. 1. A. B. 2. et R. 1. (ubi vero est *huc*, ex corrigentis manu, superscript. et sic edidit Bo.)—Pro *inveniam* habet H. 5, *reperiam*.——575. *Est hic*, H. 3. *Sed si*, omnes et scripti et editi, præter Bo: qui ex conjectura, (verisimili illa quidem,) dedit *Id si*, "quasi littera *s* τῷ *id* ex antecedente verbo adhæserit." Cæterum Mss. partim *repperero*, partim *reperero*, exhibent; Vide Supra 197. Illud *o* supercaneum censet Noster Hare, et legendum simpl. *reperero, Fides*.——577. *Ubi id*, omnes Codd. præter unum C, qui dat *ut id*. Bo: *id ubi*. H. 5, *verum tamen*, (omisso *mihi*.)——578. *a læva*, Quatuor Codd. sed alterum melius et plenius. *Nunc mihi*, H. 2. B. a.

574. *Perscrutabor*.] 'Will search diligently, thoroughly.' H. e. *accurate* et *penitus* scrutabor.

576. *Mulsi congialem* etc.] 'I will offer up to you a gallon measure full of sweet wine.' *Mulsum* est vinum melle conditum; occurrit passim apud Nostrum. *Congius* autem est genus mensuræ, de qua vide in Gloss.

— *Faciam tibi*.] H. e. Tibi sacrificabo; quo sensu Supra 308. Sed ludit nimirum hoc loco in duplici significatione vocis, quod ex versu proximo apparet.

578. *Non temere est*, etc.] 'It is not for nothing that yon raven croaks at my left hand.' Malum et inauspicatum auspicium. Nam auspicia corvorum, a dextra, fausta; a læva, infausta et infelicia habebantur. Marc. Tull. De Divin. Lib. I. 39. "Cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum?" Lamb. Totam ominum rationem habes in Nostr. Asin. 241. sqq.

"Impetritum, inauguratum est; quovis admittunt aves;
Picus et cornix ab læva est, *corvos* porro ab *dextera*.
Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? *non temerarium est*."

Ex Virg. Ecl. IX. 15, colligitur, *cornicem* a *sinistra* crocitantem de imminenti periculo monere existimari. Phædr. Fab. III. xviii. 12.

"Augurium corvo, *læva cornici omina*."

Simul radebat pedibus terram et voce crocibat sua.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram, 580
Atque in pectus emicare. Sed ego cesso currere?—
Foras, foras, lumbrice, qui sub terra erepsisti modo;
Qui modo nusquam comparebas, nunc cum compares, peris.
Ego edepol te, præstigiator, miseris jam accipiam modis.

v. 579. *Simul*, Ita plane R. 2. B. a. et Edd. Ald. Parm. Lamb. Etc. *Semul*, B. 1. et V. 3. (ubi vero est in marg. "al. *semel*.") *Semel*, reliqui, (cujus tamen est in H. 5, pro gloss. superscript. "eodem tempore;" quod plane ad *simul* spectat.) et ita Ed. Princ. Gronov. et nonnulli Recentt. sed alterum melius.—*Crocitabat*, A. H. 2. 5. item Ed. Princ. et Ald. *crochinabat*, H. 1. *crocinabat*, H. 3. *grocchiabat*, H. 6. (sed littera *c* superscript.) *grocchinabat*, C. ex his omnibus, fere eodem redeuntibus, *crocitabat* legendum esse suspicor; quanquam fateor alterum, *crocibat*, quod dant R. 2. et B. a, minime despiciendum esse, quia citavit Nonius ex Nostra fabula, "*crocitum*, propriam corvorum vocem." Potest igitur *croccibat*, geminata media littera *c*, pronuntiari; et habet R. 1, *grocchibat*; (B. b, *grochibat*.) —*Sua*, autem, omnes Nostr. et Vindd. et Ed. P. et reliqui Vett. Bo: (quem secutus est Goell:) *fera*. ——582. *Foras, foras*, si sic legitur hic versus, post CAMER: alioque, erit metrum immutatum ob subitam animi perturbationem quæ orta est ex improviso aspectu hominis e fano prodeuntis. Vel prius *foras* rapide pronuntiand. Semel autem vox *Foras* in omnibus quos vidi Codd: reperitur. Tentavit Lamb: *I foras*, sed ne illud quidem habent Mss.——583. Ita omnes Codd. nisi quod pro *nunc* habent A. H. 1. et V. 1. 2, *modo* repetitum. Ita quoque Edd. Ald. Parm. Lamb. etc. *quom* tantum pro *cum* posito, sed hoc exhibent plures et meliores Codd. Mire hæc verba, et pessime, transposuit Bo. *Nunc comparebas peris*, C; mendose.——584. Ab hoc versu usque ad v. 610, absunt a B. a; nullo hiatu, nec lacunæ signo interjecto.—*Pol*, unice A; cæteri omnes *edepol*.—*Præstigiator* est pro tetrasyll. habend. cum secunda syllaba apud Nostrum semper, credo, producatur.

580. *Artem facere ludicram.*] H. e. saltare, saltatorem agere, huc et illuc pulsando. 'To jump about.' Ridicule dictum de corde præ metu trepidante et palpitante. Sic in Curc. 153; de pessulis amicæ foribus obditis,

"Fite causa mea *ludii barbari*:
Subsilite, obsecro."

Conf. Capt. 562.

"I dierectum, cor meum, ac suspende te!
Tu *subsultas*; ego miser vix adsto præ formidine."

582. *Lumbrice.*] 'Earthworm.' Ita Strobilum appellat, quod, ut vermis, seu lumbricus, repente a terra rependo existere solet, ita ille, non antea in illo loco ab Euclione visus, ex ara de subito emerserit in qua assidebat. LAMB.

584. *Præstigiator.*] 'You juggler.' Quia cum tuis præstigiis occœcasti oculos mihi. COM. Ms.

— *Miseris accipiam modis.*] 'I'll give you a warm reception; I'll handle you in a way you won't like.' Metaphora videtur sumpta ex convivis hospitio *accipiendis*. Confert LAMB: Virg.

ST. Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum est commercii, senex, 585
Quid me afflictas? quid me raptas? qua me causa verberas?
EU. Verberabilissume, etiam rogitas, non fur, sed trifur?
ST. Quid tibi surripui?
EU. Redde huc, sis!
ST. Quid tibi vis reddam?
EU. Rogitas?
ST. Nil equidem tibi abstuli.
EU. At illud, quod tibi abstuleras, cedo!
Ecquid agis?
ST. Quid agam?
EU. Auferre non potes.
ST. Quid vis tibi? 590

v. 585. *Mala*, omnes Codd. Bo: (nescio an errore typographico) in Ed. min. dedit, *male*. Cæterum *commercii* Mss. sed τρισυλλάβως pronuntiand. *Commercii est, senex*, R. 2.——586. *Afflictas*, omnes Codd. Bo: et Recentt: nonnulli, *adflictas*.——588. *Quid vis reddam?* (omisso *tibi*,) Quinque Nostr. Codd. et V. 1. Sed melius reliqui. Metrum est Troch. Tetr. Cat.—*Rogitas*, omnes Codd. nec causa est cur in *Rogas*, cum Bo: aliisque commutes.——589. *Quod tibi*, Omnes Nostr. et V. 2. 3. Bo: *tibi quod*. V. 1, speciose quidem, *quod mihi abstuleris*, sed nil opus; Vide in Nott.——590. *Et quid*, A. C. sed perperam. Cæterum ult. syll. *τοῦ agam* graviter, et sine elisione pronuntiand.

Æn. III. 353. "Illos porticibus rex *accipiebat* in amplis." i. e. ad cœnandum invitabat. M. Tull. De Repub. Lib. VI. "Post autem regio apparatu *accepti*, sermonem in multam noctem produximus."

585. *Quæ te mala crux agitat?*] 'What madness possesses you?' De voce *crux*, Vide Supra 476.

587. *Trifur.*] Supra 281.

589. *Illud quod tibi abstuleras.*] 'That which you have taken *for yourself*.' Ludit in geminam constructionem dativi cum verbis auferendi; alterum enim *tibi* est *a te*, alterum *in tuos usus*. Vide Men. 547.

MU. "Palla *mihi* est domo surrepta.
ME. Palla surrepta est *mihi*?"

Ubi, ut hoc loco, prius *mihi* valet *a me*, posterius *in meos usus*. Et sic Comm. Marginal. in Cod. H. 6. "Ab eo nihil abstulisse dicit Strobilus; At Euclio, *sibi*, id est, ad utilitatem suam, dicit abstulisse."

EU. Pone!

ST. Equidem pol te datare credo consuetum, senex.

EU. Pone hoc, sis! aufer cavillam: non ego nunc nugas ago.

ST. Quid ego ponam? Quin tu eloquere, quicquid est, suo nomine.

Non hercle equidem quicquam sumpsi nec tetigi.

EU. Ostende huc manus!

ST. Hem tibi ostendi, eccas!

EU. Video. Age, ostende etiam tertiam! 595

ST. Larüæ hunc atque intemperiæ insaniæque agitant senem.

v. 591. Abest hic versus ab Edd. Parm. Ald. Lamb. Etc. Habent autem omnes Nostr. Codd. quanquam ibi legitur *Dii quidem* pro *Equidem*, sed hoc postulat Metrum.——592. *Pone hoc*, Ita omnes Mss. et Nostr. et Vindd. nisi quod abest hic versus ab uno R. 2. Ita quoque Edd. Vett. Bo: de suo *Pone huc*, sed falsus est.——593. Ita Codd. nisi quod H. 1, *tute loquere;* H. 3. 5, *tu loquere. Suo* autem monosyllabice legend.——594. *Quicquam sumpsi*, Mss. Bo: autem *quidquam sumsi*. Pro *huc*, dant male *hic*, A. B. 1.——595. *Ostendi*, omnes Codd. præter H. 2, ubi est *ostendo*, sed littera *i* superscript. Bo: *ostendo*. In H. 5, est *En tibi*, pro *Hem tibi*, quod dant reliqui, et Edd. Vett.—Pro *tertiam* nonnulli habet *etiam* repetitum, quod ortum est ex contracta scriptura *τοῦ tertiam*, (*ℓtiam*,) quæ in quibusdam Codd. reperitur.

591. *Te datare credo consuetum.*] Luditur in obscœno usu verbi nequam *datare*, de quo Vide Gloss. "Intelligendum autem est Euclionem vestes illi excutere, si aurum in illis abdidisset." Comment. ad Cod. H. 6.

595. *Eccas.*] 'Here they are.' Ecce has; δεικτικῶς.

— *Age ostende etiam tertiam!*] Cum hoc loco confert Interpr. Britann. versus ex vet. fabula, cui nomen *Albumazar*, Act. III. Sc. VIII.

T. "Shew me your hand.
R. Here 'tis.
T. But where's the other?
R. Why here.
T. But I mean where's your *other hand?*
R. Think you me the giant with an hundred hands?
T. Give me your right.
R. My right?
T. Your left.
R. My left?
T. Now both.
R. There's both, my dear Antonio."

596. *Intemperiæ.*] Supra 32.

Facin' mi injuriam, an non?

EU. Fateor, quia non pendes, maxumam.

Atque id quoque jam fiet, nisi fatere!

ST. Quid fatear tibi?

EU. Quid abstulisti hinc!

ST. Dii me perdant, si ego tui quicquam abstuli,—

Nive adeo abstulisse vellem.

EU. Agedum, excutedum pallium.

ST. Tuo arbitratu.

EU. Ne inter tunicas habeas!

ST. Tenta, qua lubet.

EU. Vah, scelestus quam benigne, ut ne abstulisse intelligam! 602

Novi sycophantias. Age, rursum ostende huc manum

v. 597. Codd. *Facisne inj. mihi;* quod cum versum pessumdet, conjecit Noster HARE legendum *Facin'*, et delendum *Fateor*, quasi natum ex *fatear* versus sequentis. Cæterum *Facin'* rapide pronuntiand. ut sit versus idem cum cæteris Troch. Tetr. Cat. Habet vero A, simpl. *Facis*. Unice B. 1, *Facisne mihi inj.* Unde Bo: *Facin' mi injuriam.*——599. Falsus est Bo: qui hunc versum pro Iamb. sumit, ut cuivis apparebit vel minime in numeris Plautinis versato; imo est, ut reliqui, Troch. Tetr. Cat.——600. *Nive adeo,* Ita plane B. 2. R. 2. B. b. *Nivem adeo,* C. H. 1. 6. R. 1; fortasse pro *Nive me adeo. Neve,* A. B. 1. H. 2. 3. *Minime,* H. 5. V. 1. 2, a quibus Euclioni tribuitur, ut et in B. b, factum est. *Nive,* quod unice verum esse judico, habent Edd. Vett. et Recentt. pleræque. Perperam nuperrimus Editor, E. J. RICHTER, post GRON: Euclioni tribuit, quanquam unius alteriusve, ut vidimus, Codicis auctoritate fretus.—*Excute,* unus B. b.——601. *Tuo,* μονοσυλλάβως legend.——602. *Scelestus,* R. 2. B. b. et Ed. Ald. Lamb. Etc. *Scelestius,* H. 6. R. 1; vitiose. *Scelestissimus,* reliqui omnes.—*Ut ne,* omnes.—*Intelligam,* plures Codd.——603. *Rursum,* quod habent omnes Mss., non elidend. Bo: Goell: aliique Recentt: *rursus;* sed nil opus.

597. *Fateor, quia non pendes, maxumam.*] Scil. Injuriam facio. 'Yes, I do very wrong—in not having you hanged.' Σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν. Supra 372. *Pendes,* in cruce, scil.

598. *Fiet.*] Quia faciam te pendere. COM. Ms.

600. *Nive adeo abstulisse vellem.*] Hæc suppressa voce loquitur; 'May I perish if I've taken anything of your's.——and, what is more, if I don't wish I had.' De hoc usu vocis *adeo* in augenda significatione, Vide Men. P. 21. G.

— *Agedum, excutedum.*] Impatienter dictum. Vid. Men. 88. Gloss.

Dexteram!

ST. Hem!

EU. Nunc lævam ostende.

ST. Quin equidem ambas profero.

EU. Jam scrutari mitto. Redde huc!

ST. Quid reddam?

EU. An nugas agis?

Certe habes!

ST. Habeo ego? quid habeo?

EU. Non dico: audire expetis.

Id meum quicquid habes, redde!

ST. Insanis: perscrutatus es

Tuo arbitratu, neque tui me quicquam invenisti penes.

EU. Mane, mane: quis ille est?—quis hic intus alter erat tecum simul?

Perii hercle: ille nunc intus turbat; hunc si amitto, hic abierit. 610

Postremo jam hunc perscrutavi; hic nihil habet. Abi, quo lubet!

v. 604. *Hem!* Ita Mss. unus H. 2, *En*, sed in marg. *Hem*. Vide Supra 595.——605. *An*, omnes Nostri Codd. *Ah*, Bo: post Ald. Parm. Etc. Et ita Recentt. sed, cum nesciam an alicujus Scripti stet auctoritate, alterum, quod commodum satis sensum præbet, retinendum censui.——606. Ita iterum Codd. et Edd. Vett. et certe longe plus spiritus inest verbis sic positis quam quo ordine exhibuit Bo: (secutis Recentt:) *Habeo? quid ego habeo?*——607. *Quicquid*, omnes præter B. 2; ubi etiam est in vers. prox. *quicquam*. Bo: *quidquid*.——609. Versus est Trochaic. ut cæteri. Prioris *Mane* ult. syll. corripitur; [Vid. Men. 99.] et prior syll. τοῦ *ille;* [Supra 163. &c.] *Ille* autem habet unus H. 3; *illic*, reliqui, sed in versu proximo *ille;* quod utroque loco, vel metri causa, reponendum. Et sic Edd. Ald. et Parm. cum quibus consentit Noster HARE.—Tum *quis hic* omnes Codd. et Nostr. et Vindd. Bo: *qui*, cum etiamdum non animadverterit vocis *ille* apud Nostrum priorem syllabam corripi, quod vel in sequenti versu [610.] aperte factum est.——610. *Hic*, Ita omnes Codd. nisi quod unus, A, habet *hic* lineola superinducta, quod valet *hinc*. ut edidit Bo. Sed alterum Edd. Vett.——611. *Jam hunc*, omnes Codd. et Edd. Vett.—*hic nih. hab.* Ita Codd. sed delendum putat *hic* Noster HARE, cui tamen non accedo.

609. *Alter erat tecum simul?*] Nemo erat omnino præter Strobilum; sed quasi aliquis alius esset, ita quærit homo, omnia tuta timens, et sibi ipsi non credens. LAMB.

Jupiter te diique perdant!

ST. Haud male agit gratias.

EU. Ibo hinc intro atque illi socienno tuo jam interstringam gulam!

Fugin' hinc ab oculis? abin' hinc, an non?

ST. Abeo.

EU. Cave, sis, te videam!—

ST. Emortuom ego me mavelim leto malo, 615

Quam non ego illi dem hodie insidias seni!

Nam hic jam non audebit aurum abstrudere:

Credo, hoc feret jam secum et mutabit locum.

Attat, foris crepuit! senex eccum aurum effert foras!

v. 612. Ita Mss. Nostr. et Vindd. unus H. 2, habet *agis*, sed ordine verborum servato, quem transposuerunt Recentt. *male* non elid. Cæterum Edd. Ald. Parm. Lamb. Etc. exhibent, *diique omnes perdant*, sed rhythmo, credo, pejore.——613. Si sic legendus versus, erit *atque* rapide pronuntiand. et *τοῦ illi* prior syll. corripiend. *tuo*, monosyll. ut sæpe. Sed non celabo abesse hanc vocem a B. a, unde metrum optimum efficitur. *Socienno*, B. 1. H. 3. R. 2; et tres alii, ex corrigentis manu, B. 2. H. 2. 6. *Socieno*, B. a; et A, sed altera manu superscript. pro usitatiori *socio* quod in textu exstat, et hoc habent reliqui, sed alterum citarunt Grammatici, hoc pro gloss. habend.—*Intus stringam*, B. 1. Contra, Supra 610, *inter turbat*, A. et R. 2.——614. *Cave, sis, te vid.* Ita plane H. 5. R. 2. V. 2. et H. 2, in marg. Reliqui omnes *Cave si te videam.* Libri Editi varie exhibent; *Cave te videam*, Parm. *Cave sis*, Ald. Lamb. et Edd. Medd. Bo: autem, (secutis Recentt:) sine scriptorum auctoritate, *revideam.*——615. Novæ hic Scenæ initium fit in plerisque Libris et Mss. ut et Infra 621.—*Emortuom*, autem dedi post Edd. nonnullas Vett. ut Mstis propius quam quod Bo: exhibet, *Ecmortuom.* Siquidem habent R. 1. H. 6, plane *Emortuum;* B. 2. *Cmortuum;* C, *Ei mort.* A, *Heu mort.* H. 1, *Hey mort.* H. 3, *Hei mort.* et H. 2, (in marg.) *Hei me mort.* Reliqui simpl. *Mortuum;* Et sic Ed. Ald. Tum *mavellem*, nonnulli Codd. sed plures et meliores *mavelim.*——616. *Dem*, non elid. Quatuor Nostri Codd. *hodie dem.*——617. *Nam*, non elid. Ita enim omnes Mss. et Edd. Ald. et Parm. *Namque*, Recentt: secuti Camerar.——618. *Hoc feret*, omnes Nostr. nisi quod unus B. 1, *hoc efferet.* Edd. Parm. et Ald. *referet.* Bo: et Recentt. *ecferet*, sed caret auctoritate; et sic voluit Noster HARE.——619. Et hic et alibi Codd: habent *At at.* Tum septem Nostri *effert*, reliqui *fert.* Bo: et Recentt: *ecfert.*—*S'nex*, autem, ut jam Supra vidimus, *διισυλλάβως* pronuntiand.

612. *Haud male agit gratias.*] Quid tandem dixisset si thesaurum abstulissem, cum sic gratias agit quia nil prorsus abstulerim?

614. *Cave, sis, te videam!*] 'Mind I don't see you here again.' *Sis*, si vis. Supra v. 7.

615. *Emortuom ego me mavelim*, etc.] Ita Lampadiscus servus in Cistell. 389.

"Ego illam anum irridere me ut sinam?
Satius est mihi
Quovis exitio interire."

617. *Hic.*] In fano scilicet.

619. *Foris crepuit.*] 'The door

Tantisper hic ego ad januam concessero. 620
EU. Fidei censebam maxumam multo fidem
Esse: ea sublevit os mihi penissume.
Ni subvenisset corvos, periissem miser.
Nimis hercle ego illum corvom, ad me veniat, velim,
Qui indicium fecit: ut ego illi aliquid boni 625
Dicam: nam quod edit, tam duim, quam perduim.

v. 620. *Hic ego*, omnes præter H. 3; ubi est *Hinc ego*. Ἀμέτρως Bo: *Ego hinc*. Tum *ad januam*, uno ore Nostr. et Vindd. et sic scripsisse Plautum nullus dubito. Sensum acu tetigit Nuperrimus Editor C. H. WEISE; in textu vero, *ab janua*, secutus Bo: aliosque, perperam dedit.——622. Codd. nonnulli *sublivit;* Quatuor, mendose, *subluit*. Edd. Vett. *sublevit*, et ita Recentt.——624. *Veniet*, A, solœce. *Veniat*, reliqui.——625. *Indic. fecit*, omnes Codd. et Edd. Vett. perperam transposuit Bo.——626. *Quod edit*, unice quot vidi Codicum habent V. 2. H. 5. et H. 2, (ex corrigentis manu.) Proximum autem est quod dant V. 1, et septem Nostri, *quo dedit;* et horum H. 6, habet in marg. "al. *quod edit*." A, C, *quod dedit;* B. 1, V. 3, *quicquid dicat*. Quod sequitur autem, longe corruptius in Codd. legitur; ne unus quidem Codex lectionem omnino vitio carentem exhibet. Alii enim *tam diu quam perdiu;* alii *tam diu quam perdium;* alii *tam diu quam perduim;* alius *quo perdium;* Unice H. 6, in marg. habet pro *diu*, "al. *duim*." Nostram lectionem dat Lamb: Camerarii fretus auctoritate; et hunc Recentt: secuti sunt.

creaked.' Exeuntis alicujus signum; passim apud Comicos occurrit.

621. *Fidei censebam*, etc.] 'I thought there had been the greatest dependence on Faith.' Ludit, ut Supra 572 sqq., in nomine. Similem παρωνομασίαν conferas ex Nostr. Shaksp:

LU. "Thy name?
IM. FIDELE.
LU. Thou dost approve thyself the very same,
Thy name well fits *thy faith; thy faith* thy name."
Cymbeline, Act. IV. Sc. II.

622. *Sublevit os mihi penissume.*] 'Had very near played me a pretty trick.' Ex hoc autem loco plane apparet, sicut ex illo Supra 420, adverbium *penissume* a *pene*, non *penitus*, formatum esse: ait enim, sibi os *modo non* sublitum esse; quia autem corvus tempore subvenisset, se salvum adhuc esse; quod dicere absurdum esset si *penissume* pro *penitissume*, cum Lambino aliisque, acceperis.

624. *Nimis ego illum corvom*, etc.] Genus est loquendi permixtum et confusum, [ut Supra 397,] quo crebro utitur Plautus, et ceteri Comici, sed maxime Græci: valet, Valde hercle illum corvum ad me venire velim; vel, Valde hercle velim corvus ille ad me veniat. LAMB.

626. *Dicam.*] Σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν, siquidem ridiculum esset gratias corvo agere; expectaveris igitur *dem* pro *dicam;* illud autem

Nunc, hoc ubi abstrudam, cogito solum locum.
Silvani lucus extra murum est avius,
Crebro salicto oppletus: ibi sumam locum.
Certum est, Silvano potius credam quam Fidei! — 630
ST. Euge, euge, dii me salvom et servatum volunt!
Jam ego illuc præcurram, atque inscendam aliquam in arborem;
Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex.
Quamquam hic manere sese herus me jusserat:
Certum est, malam rem potius quæram cum lucro! 635

v. 628. *Avius*, Ita Edd. Vett. et Recentt. at omnes Nostr: Codd: *aulus*, quod non tam dissimile est, siquidem *u* pro *v* in Mss. fere semper occurrat, et productior littera *i* posset facillime in *l* converti Librarii errore.——630. Pro *credam*, unus H. 5, *credere;* et A, *credo*, mendose.—Tum *Fidei* omnes, nec necesse est cur antiquum *Fide*, cum Bo: aliisque, reponamus, nam duæ posteriores vocales in unam syll. coalescunt.——631. *Euge, euge*, Ita Recentt. et Strobilo tribuunt; Nostri autem Codd. uno ore dant *Fuge, fuge*, et Euclioni hunc versum continuant; Unus tantum (H. 2.) Strobilo illa *dii me salvom*, etc. assignat, at *Fuge, fuge* Euclioni; et pene suspicor hanc esse veram rationem.——632. *Ego*, inest omnibus Codd. et Edd. Vett. omisit Bo: vel potius in sequentem versum, ubi non habent Mss., transtulit.—*Illuc*, priore syll. correpta, pronuntiand.—Tum *in* abest a V. 1. 2. et quinque Nostris; habent vero reliqui, et in his optimæ notæ Codd.——633. *Indeque observabo*, Ita omnes Codd. et Edd. Vett. Male Bo: et Recentt: omittunt *que*. Confert Noster HARE, v. 390, Supra, et v. 661, Infra, ubi ut h. l. *inde* est correptim legendum.—Ult. syll. *τοῦ observabo* non elid.——634. Ita plane hæc verba ordinantur in B. a. nec aliter, ut videtur, B. b, ubi est *manere herus me jusserat*, omisso *sese*. Ed. Parm. *herus me sese*. Edd. aliæ, ut et Codd. plures, *me herus sese, me* non eliso.

parce parcus senex se minime facturum prædicat.

— *Edit.*] Vett. pro *Edat.*

— *Tam duim, quam perduim.*] 'I'd as soon kill it as (see it shot sooner than) give it aught to eat.' Pro, *Tam perdam, quam dem.*

627. *Solum locum.*] 'A lonely spot.' Desertum, ἔρημον.

628. *Avius.*] 'Unfrequented.' Nullius pede tritus. LAMB. Sed vide in Nott. Critt. ubi apparet omnes Codd. habere *aulus*, et sic COM. Ms. addito pro interpretatione, "Nomen luci;" unde quæri potest an nomen aliquod proprium ediderit Plautus, quod cum minus intellexerint Librarii, vocem nihili *aulus* supposuerunt; passim enim in nominibus propriis apud Libros Scriptos errari neminem latet.

629. *Salicto.*] H. e. *salicibus.*

— *Sumam.*] 'I will select.' Assumam, eligam.

634. *Jusserat.*] Pro *jussit*, ut sæpe apud Nostrum. Infra 651. Curc. 42. Etc.

635. *Certum est.*] Supra 630. Gloss.

ACT. IV. SCENA III.

LYCONIDES. EUNOMIA. PHÆDRA.

LY. Dixi tibi, mater; juxta rem mecum tenes
Super Euclionis filia: nunc te obsecro,
Fac mentionem cum avonculo, mater mea!
Resecroque, mater, quod dudum obsecraveram.
EU. Scis tute, facta velle me, quæ tu velis. 640
Et istuc confido a fratre me impetrassere,
Et causa justa est: siquidem ita est, ut prædicas,
Te eam oppressisse vinolentum virginem.

v. 636. Mendose H. 1, *justam rem;* et H. 2, 5, *justa rem,* sed in his duobus est "*similiter*" pro gloss. adscriptum, unde apparet *juxta* unice veram esse lectionem; contra, Infra 642, pro *justa* legitur in B. a, *juxta;* et sic passim in Mss. erratur.——637. Pro *filia,* C, et B. a, *filiam;* sed *super,* sensu *de,* cum ablativo construitur; Vide Gloss.——638. *Avonculo,* "τριτυλλάβως pronuntiandum est, *u* priore extrito," Bo. [Vid. Infra 739.] Cæterum male, credo, idem hunc versum post v. 639, collocavit, contra omnium, quos vidi, Codicum fidem, et Librr. Edd.——639. *Resecro te mater,* Quatuor Nostr. et V. 1. 2. *Resecroque te m.,* H. 1. Reliqui ut in textu dedimus; nisi quod unus H. 5, habet *Reobsecro te m.* glossa pro genuina voce accepta.—*Matrem* pro *mater,* B. a, vitiose.——640. Male Codd. *facta vellem eque* (h. e. *æque,*) *tu vel.* R. 2, *vellem quæ.*——641. *Istuc,* priore syll. correpta. Pro *impetrassere,* plerique Codd. *impetrare,* ἀμέτρως. H. 6, habet in marg. "al. *impetrassere;*" et sic recte Edd. Vett.——643. *Oppressise,* Ita plane quinque Nostri Codd. et H. 2, in marg. alii *compressisse,* aut *compr.* et ita Edd. Sed alterum mihi videtur esse ex Plauti manu, hoc in verbo inusitatiori interpretatio; tum metro convenientius *oppressisse,* et quod ad sensum æque (ne dicam, magis,) aptum.

636. *Juxta rem mecum tenes.*] 'You know the whole matter as well as I do myself.' Euclionis nempe filiam a me esse compressam Cereris vigiliis, meque velle eam mihi uxorem dari. LAMB.

639. *Resecroque, mater.*] Nempe obsecraverat matrem, ut ne cum avunculo mentionem faceret de Euclionis filia. Nunc contra, mutata sententia, eam obsecrat, ut cum eo de eadem colloquatur. Et quia mater priori obsecratione obstricta et obligata manebat, resecratione opus erat, qua eam religione solveret. DAC. *in Fest.* Vide autem in Gloss. et Nott. Critt.

LY. Egone ut te advorsum mentiar, mater mea?
PH. Perii, mea nutrix! obsecro te, uterum dolet! 645
Juno Lucina, tuam fidem!
LY. Hem, mater mea,
Tibi rem potiorem video: clamat, parturit.
EU. I hac intro mecum, gnate mi, ad fratrem meum:
Ut istuc quod me oras impetratum ab eo auferam.
LY. I; jam sequor te, mater.—Sed servom meum 650

v. 644. *Egone ut te,* Ita plures Codd. et Edd. fere omnes. Abest *te* a B. b, H. 3; et in A legitur *Ego ut,* sed *ne* vel *an* superscriptis.——645. *Uterum,* Septem Nostr. et V. 3, (sed in marg. *uterus.*) Abest hic versus et seq: a V. 1. Reliqui *uterus* plane; Vide Gloss.——648. *I,* abest ab A. H. 1. 3. ut et *hac,* a C.——649. Mss. fere omnes, *Ut istuc quod me oras efficiam tibi impetratum ab eo auferam,* et ita Ald. unde pessime nonnulli duos versus confecerunt. Rem acu tetigit Noster HARM, cujus verba operæ erit citare: "*Ut istuc,* etc. Cum hic versus id ipsum dicat quod sequens, alter certe delendus, quamvis uterque forsan sit ab ipsius Plauti manu, alter cum primum fabulam dederit, in alterum conversus, cum iterata vice in scenam proferret, quales plures mihi observare videor. Vid. Asin. II. 1. 4. [v. 239. Ed. Bo.]" Ejusmodi est et v. 353, hujus fabulæ, ubi verisimile est Plautum primum scripsisse *exdorsua quantum potest,* post vero, ut melioris rhythmi, in *exossata fac sient* immutasse. Sic nostro loco *imp. ab eo auf.* videtur esse ex curis secundis, unde post *efficiam tibi* in MStis reperitur. Non celabo tamen lectorem esse in V. 2, et duobus Nostris, B. 2, H. 1, per se scriptum illud *efficiam tibi,* et sic etiam, A, cum illo *imp. ab eo auf.* in marg. ab altera manu additum.—Quod restat, *istuc* priorem syll. corripit; tum abest *me* ab H. 5.——650. *I,* deest Codicibus, nimirum ob sequ. vocalem τοῦ Iam; sed recte addiderunt Lamb. et Recentt. Ald: autem, *Jam ego sequor.* Ed. Parm. *Jamjam sequ.* Sed alterum melius.—*Sequor,* omnes, et Scripti et Editi.

644. *Advorsum.*] Pro *apud,* Non. Marc. quem citat gloss. Cod. H. 2.

645. *Perii, mea nutrix.*] Hæc puellæ utero laborantis auditur intus exclamatio, unde colligat Eunomia vera esse quæ filius super ea modo narraverat.

646. *Juno Lucina.*] Junonem Lucinam invocabant mulieres parturientes, quæ eadem est Diana, Ilithyia, et Genitalis. Lucina autem dicta, quod ejus opera ac beneficio partus in lucem prodeant. Confer. Ter. Andr. III. 1. 15.

"Juno Lucina, fer opem; serva me obsecro." LAMB.

— *Tuam fidem.*] Pendet ex voce *obsecro,* repetenda a versu præced. Sic Cistell. 390.

"Dii, obsecro vostram fidem." &c.

647. *Rem potiorem.*] Id est, facta verbis meis præstantiora ostendo. 'I offer you here an argument more convincing than words.' Puellam scilicet in ipso articulo parturiendi.

649. *Istuc.*] Istud. Supra 641. et passim.

Strobilum miror, ubi sit, quem ego me jusseram
Hic opperiri. Nunc ego mecum cogito:
Si mihi dat operam, me illi irasci injurium est.
Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia.

ACT. IV. SCENA IV.

STROBILUS.

Pici divitiis, qui aureos montes colunt, 655
Ego solus supero! Nam istos reges ceteros

v. 651. *Me juss.* omnes Codd. nisi C, unde abest *me*. Conjeceram equidem legendum esse, *quem ego jusseram Me hic opp.* sed contra MStorum fidem nolo turbare. Cæterum hic versus et seqq. usque ad v. 687, absunt a B. a, totius, ut videtur, folii jactura.——654. *Meo* μονοσυλλάβως pronuntiand. —*sunt*, omnes Codd. Nostr. et Vindd.——655. *Pici*, plane V. 3. B. 1. H. 2. 5. et H. 6, (sed littera *s* superscripta, quasi esset *Picis*, ut edidit Bo.) cujus glossema est in marg: "*Picos* veteres esse voluerunt quos Græci griphas appellant. Non. Marc. all. h. t." est etiam in H. 2, gloss: "*Pici*, quæ griphes dicuntur, &c." et sic Com. Ms. Tum V. 2, *Eici;* et R. 2, *Dici*; mendose uterque, sed nato errore ex *Pici*. *Dites* (ex interpretatione) V. 1. B. 2. B. b. et H. 1. (cujus in marg. est *Pici* adscriptum.) *Divites qui divitiis*, C. *Vites*, R. 1. *Lites*, H. 3. *Picos*, A, quod aperte dedit librarius, ut vitaretur ἀνακόλουθον, cum in textu inveniret *Pici;* et hinc, credo, omnis orta est lectionum varietas. Cæterum vide in Gloss.

651. *Strobilum miror, ubi sit.*] Constructio eadem quæ Supra 397. 624. Infra 754. Et *jusseram* pro *jussi*, ut in v. 634.

654. *Ubi de capite meo sunt comitia.*] Nempe apud avunculum meum Megadorum, ubi de vita mea et spe omni consulitur. 'Where they are sitting in judgment on me.' Nam si judicatum fuerit illum Phædram ducturum, prorsus equidem perii, capite damnatus sum.

655. *Pici divitiis*, etc.] Ex librorum et Msstorum auctoritate apparet vel *Pici* vel *Picis* h. l. legendum esse. Si posterius servetur, erit accusativus pro *Pices* ad verbum *supero* pertinens, cujus nominativus *Pix* seu *Phix;* (Φίξ, βίξ, ap. Hesych.) Sin *Pici* cum antiquioribus Edd: legas, erit con-

Memorare nolo, hominum mendicabula:
Ego sum ille rex Philippus! O lepidum diem!
Nam ut dudum hinc abii, multo illuc adveni prior,

v. 659. *Multo illuc,* Ita omnes Codd. Nostr. et Vindd. itaque Edd. Vett. *illuc* nimirum rapide pronuntiand. ut passim apud Nostrum. Fallitur HABB, cui videtur *multo* ex sequ. versu ortum, vel legendum *illo;* quod dedit Lamb. Perperam transposuerunt Recentt.

structio minime Nostro inusitata, quæ *nominativus pendens* apud grammaticos appellatur. Cujus simile est illud in Amphitr. 857. "*Naucraten, quem* convenire volui, in navi non erat." Ubi arcte cohæret relativum pronomen cum nomine antecedente. Idem est apud Virg. Æn. I. 573.

"*Urbem quam* statuo, vestra est."

Cæterum quod ad *Picas* seu *Picos* attinet, vide in Gloss.

— *Aureos montes colunt.*] Hi erant in Scythia Europæa, qua parte Ripæis [seu Hyperboreis] montibus est proxima; de qua Pomponius Mela Lib. II. cap. I. "Regio est ditis admodum soli, inhabitabilis tamen, quia gryphi, sævum et pertinax ferarum genus, aurum terræ penitus egestum mire amant, mireque custodiunt, et sunt infesti attingentibus." LAMB. Videsis Comment: ad Æsch. Prom. Vinct. 822.

"Οἱ χρυσόρρυτον
Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα."

Ubi confert BUTLERUS, Milt. Par. Amiss.

"As when a gryphon thro' the wilderness
Pursues the Arimaspian, who by stealth
Had from his wakeful custody purloined
The guarded gold."

Lib. II. 943.

656. *Ego solus supero.*] Hyperbole; maximas enim opes nactus sibi servus videtur, cum aulam auri plenam reperiverit. Conf. Cic. Att. I. IV. *fin.* "Supero Crassum divitiis."

— *Nam istos reges ceteros.*] *Nam,* elliptice refertur ad id quod sequitur, "Ego sum ille rex Philippus;" quasi dicat, "Philippum autem memoro, *nam* ceteri quotquot sunt usquam gentium reges præ meis divitiis pauperes et mendici sunt."

657. *Hominum mendicabula.*] 'Beggarly fellows.' Pro homines mendicantes, mendicos. Citat Nonius in voc. LAMB.

658. *Ego sum ille rex Philippus.*] Vide Supra v. 47. Is auri fodinas nactus, maximis abundans divitiis, auro potius quam armis bellum gerere solebat. INTERPR. ITAL. qui etiam citat ex Diodor. Sicul. Lib. XVI.; "Philippum, cum urbem quandam egregie munitam

Multoque prius me collocavi in arborem; 660
Indeque exspectabam, aurum ubi abstrudebat senex.
Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore;
Effodio aulam auri plenam. Inde ex eo loco
Video recipere se senem; ille me non videt:
Nam ego declinavi paululum me extra viam. 665
Attat, eccum ipsum! Ibo, ut hoc condam domum.

v. 660. *Collocavi*, et *arborem*, omnes Codd.——661. *Indeque*, omnes Codd. Nostr. et Vindd. Vid. Supra 633.—Tum *exspectabam*, decem Nostr. Codd. quorum unus H. 2, habet litt. *s* super *x* inscriptam. V. 1, *expectabam*. In A, est gloss: "*notabam*." *Spectabam* simpl. B. 1. B. b. et V. 2. 3.—*Aurum ubi*, omnes; Bo: et Recentt: transposuerunt sine causa.—*abstrudat*, unus H. 5; at solœce.——662. Ita omnes Mss. Nostr. et Vindd. nec intelligo cur id "putide factum" Bothio videatur; sed tædet de hoc verbo plura notare.—*Deorsum*, μονοσυλλάβως, ut semper credo, pronunt.——663. *Inde ex eo loco*, Ita omnes Codd. Nostr. et Vindd. nisi quod duo H. 1, R. 1, habent *exeo loco*, unde confecit Gulielm. *Inde exeo, eloco* (h. e. *illico*,) quod recepit Bo. sed nil opus.——664. Ita Mss. sine causa transposuit Bo. prior syll. τοῦ *ille* corripitur.——665. Unus Cod. V. 2, habet haud male *paululum*, et sic Noster Hare. Habent quidem nonnulli Codd. *non* vel *modo* post *ego* insertum, sed recte absunt a pluribus, et melioris notæ, Mss.——666. *Attat*, Ita B. b. reliqui *At at*.

capere conaretur, ac ejus loci quidam, contra omnem impetum tutissimam, ac ferme inexpugnabilem esse diceret, quæsivisse: Num etiam aurum ejus urbis mœnia transcendere esset impossibile?" *Ille* autem dictum, ut Curc. 27. "*Ille Jupiter*;" cum reverentia quadam.

659. *Ut.*] H. e. postquam, Com. Ms.

— *Prior*] Quam ipse Euclio. Id.

661. *Ubi.*] Adverbium est loci; sed in versu sequenti tempus significat. Id.

662. *Ego me deorsum duco.*] 'I let myself down from the tree.' "*Duco*, dimitto, descendo. N. M. all. h. t." Gloss. Codd. H. 2. 6. Cæterum optime celeritas actionis exprimitur per hæc verba *duco, effodio, video*, etc. præsenti tempore posita, Similis est usus in narratione apud Curcul. 361—366. Etc.

665. *Paululum.*] Vide Nott. Critt. *Paululum* fortasse sensu *aliquanto* [Supra 494;] accipiendum. Nos, 'I kept *some way* out of sight,' 'a good way,' per μείωσιν quandam, ubi sententiam augere potius quam minuere in animo est.

666. *Domum.*] Recte *domum* non *domi* legitur, siquidem motus ad eum locum intelligitur; ita, ob eandem causam, v. 660; "in *arborem*," non *arbore*, habuimus. *Condam* autem valet *abscondam*, ut recte notat Interpres ad Cod. A.

ACT IV. SCENA V.

EUCLIO.

Perii! interii! occidi! Quo curram? quo non curram?
Tene, tene!—Quem? quis?—Nescio! nil video! cœcus eo! atque equidem,
Quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, nequeo cum animo certum investigare.
Obsecro vos ego, mi auxilio (oro, obtestor!) sitis, et hominem 670
Demonstretis, qui eam abstulerit!
Quid est? quid ridetis? Novi omnes: scio, fures esse hic complures,

v. 670. *Quem? quis?* Sic recte interpungitur in pluribus Nostr. Codd.—Terminat hunc versum Noster HARE ad voc. *eo*, et sequ. v. per *Atque* incipit. Bothium equidem secutus sum, cum nolo in re parvi momenti et meam et Lectoris operam insumere.——669. H. 1, *ubi sum;* et sic H. 2, ex corrigentis manu, sed rectius *sim* apud reliquos, et Edd: Vett: legitur.——672—674. Transposite hi versus leguntur apud omnes quot contuli Codd. in ordinem revocavit Acidal. quem Recentt: secuti sunt.——672. *Novi homines,* A; "et sic legendum censet J. Gul. i. e. *hominum mores;*" HARE.—Tum pro *complures,* dat C, *quam plures.*

667. *Perii! interii! occidi!*] Pulcherrimam hanc scenam haud male imitatus est Moliere in fabula sua *L'Avare,* quæ est potissimum ex hac nostra conflata. Cæterum cum ista animi perturbatione, quæ brevibus sententiis optime exprimitur, conferas verba Polymnestoris apud Eurip. Hecub. v. 1039. et sqq.

"ὦ μοι ἐγὼ,
πᾶ βῶ; πᾶ στῶ; πᾶ κέλσω;"

668. *Tene, tene!*] 'Stop thief! Subaud. Furem, quisquis est. Supra 369.

670. *Obsecro vos ego.*] I. e. Spectatores. De more Comico hos ex scena appellandi, diximus ad Men. 779. sq.

"Vosque omnes quæso, &c."

Qui vestitu et creta occultant sese, atque sedent, quasi sint frugi!
Quid ais tu? Tibi credere certum est: nam esse bonum et voltu cognosco.
Hem, nemo habet horum?—Occidisti! Dic igitur, quis habet! Nescis? 675
Heu me miserum, miserum! perii!
Male perditus, pessume ornatus eo:
Tantum gemiti, et mali, et mœstitiæ hic dies mihi obtulit,

v. 673. *Sese*, omnes Codd. et Edd. Vett. Bo: *se*.——674. Male tres Nostri Codd: *Quis ais tu?* Quod sequitur autem, *te voltu cogn.* dant sex Nostri, et V. 2. Reliqui *et voltu*, (h. e. *etiam*.) Abest omnino a V. 1. in nonnullis *et* in *te*, aut converse, immutatur. Nullus exhibet, quod tacite edidit Bo: *e voltu*.——675. "Versus hic constat ex Troch. dim. acat. et dim. cat. quales multi in Plauto." Hare. aliter Bo: sed frustra est. Semel *miserum* habent B. 1, H. 5.——676. *Miserum, miserum*, h. e. "miserrimum," Hebraice. Nam sic Mss. et Edd. Vett. Bo: et Recentt: *misere perii!*——677. *Perditu,* pronuntiand. Hunc vers. cum præced. conjunctim legerat Hare, habito pro asynart. ex Troch. dim. acat. et Troch. dim. hypercat. cujus etiam generis, ait, multos esse apud Plautum.——678. *Gemiti*, septem Nostr. Codd. quorum H. 2, habet gloss. margin. "*gemitus-ti.*" et ita H. 6. citato Non. Marc. Quatuor Codd. *gemite;* unus C, *gemitus*.—*Et mali*, omnes Nostr. Codd. præter H. 5. R. 2. Unus H. 2, habet *et mali et mœstitiæ;* abest *mœstitiæ* a C. *et malum*, B. b, fortasse pro *malorum*. Conjecerat Hare legendum, *et mali et molestiæ*, collato Curc. IV. II. 15; [502. B.] sed nil opus.—*Hic dies mihi*, H. 6. R. 1. B. b. *dies hic m.* H. 2. *dies h. obt. m.* R. 2. Reliqui *hic mihi dies*.

673. *Qui vestitu et creta*, etc.] Id est, honestate vestis improbos mores vel animum dissimulant. Romanorum toga, vestitus ordinarius, erat ex alba lana; sed qui ambibant honores et magistratus, colorem album in splendorem extollebant, multa creta alba togæ apud fullones, quorum id erat officium, addita: Hinc *candidati* dicti et "*Cretata* ambitio," Pers. Sat. V. 177. et quo facilius honores impetrarent, miram speciem probitatis, continentiæ, industriæ, omnisque disciplinæ præ se ferebant. Hinc est quod addit, *Atque sedent, quasi sint frugi*. Gron. Lect. Plaut. Ita vir doctissimus; haud credo tamen nostro loco ad hos alludi, imo ad singulos quotquot inter spectatores dealbatis vestibus fuerint; et hos, eandem morum simplicitatem, quam vestitus munditiam, præ se ferre, ridiculi causa posuit Noster. Vide plura in Gloss.

674. *Et voltu cognosco.*] 'I perceive even by your looks.' De hac constructione vide in Gloss.

Famem et pauperiem! perditissumus ego sum omnium in terra!
Nam quid mihi opus est vita, qui tantum auri perdidi, 680
Quod custodivi sedulo? Egomet me fraudavi,
Animumque meum, geniumque meum!
Nunc eo alii lætificantur, meo malo et damno! Pati nequeo!

ACT. IV. SCENA VI.

LYCONIDES. EUCLIO.

LY. Quinam homo hic ante ædes nostras ejulans conqueritur mœrens?

v. 679. Abest *et* a duobus Nostris Codd. A. H. 5. *Famem et p.* reliqui; "Ita etiam Prisc. sed excidisse videtur ab initio *tantam;* [non assentio;] versus autem desinit in *omnium*, non in *terra* cum aliis." HARE.—*Ego sum omnium*, Mss. et Edd. Vett. transposuit Bo.——680. *Auri perdidi*, Ita omnes Nostr. Codd. et Edd. Vett. Male transposuit Bo. *tantum* autem non liquescit.——681. *Fraudavi*, Tres Vindd. et omnes Nostr. præter R. 2; ubi est *defraudavi*, quod mavult Bo.—Cæterum hunc versum ad *sedulo* divisit HARE, habito pro Iamb. dim. et versum proximum ab *egomet* ad *geniumque meum* continuavit. Sed melius per se stant illa *An. q. meum, g. q. meum*, unde legitimus Anapæsticus efficitur.——683. *Eo*, (h. e. *auro.*) Sequor Codd. et Nostr. et Vindd. nec causam satis justam video cur ab iis discedatur. Tres (A. B. I. et C;) habent *malo meo et damno.* Omiserunt *eo* Recentt. et *meo* in locum ejus supposuerunt.—*Pati nequeo*, omnes Codd. Ultima syll. *τοῦ pati*, credo, corripitur, quod passim in imperativis *redi, ama, mane*, et simill. factum esse vidimus; [Conf. Men. 99. 206. etc.] Versus sic erit Troch. Tetr. *meo* μονοσυλλάβως pronuntiato.——684. *Quinam*, Unus H. 5, *quisnam;* et A, *quis homo*, ut Infra 688, sed alterum melius.—Cæterum hi versus, usque ad v. 688, in Mss. priori scenæ continuantur.

682. *Animumque meum*, etc.] Citat LAMB: Ter. Andr. I. I. 10.

"Quod ille unciatim vix de demenso suo,
Suum defrudans genium, comparsit miser."

Ubi Comment: "Fraudare suum genium dicitur si quis parcius vivit. At vero bene genio facit, si quis vitam largius colit." Notum illud Horatii, Od. IV. VII. 19.

"Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico
Quæ dederis *animo*."

Atque hic quidem Euclio est, ut opinor.—Oppido ego interii! palam res est: 685
Scit peperisse jam, ut ego opinor, filiam suam. Nunc mi incertum est,
Quid agam, abeam an maneam, adeam an fugiam. Quid agam edepol nescio.
EU. Quis homo hic loquitur?
LY. Ego sum, miser.
EU. Imo ego sum, et misere perditus,
Cui tanta mala mœstitudoque obtigit.
LY. Animo bono es.

v. 685. *Atque,* Tres Vindd. et omnes Nostr. præter H. 1, ubi est *At,* quod dat Bo.—*Palam res est,* omnes præter B. b, qui habet *p. est res,* et sic Bo.—*quidem* rapide, ut solet, pronuntiand. et *p'lam,* sublata priore vocali, legend.——686. *Suam,* monosyll. ut sit versus id. cum reliquis Troch. Tetr. acat. ——687. Ita omnes uno ore Codd. (nisi quod, præter B. b, omnes dant *an adeam;* et B. 2, *an edam,* mendose;) et certe non temere est versus optimus, et tam perspicue Plautinus, ob metrorum nescio quas ineptias, mutilandus. Confert HARE Curc. IV. IV. 33; [590, B.] vult tamen deleri prius *Quid agam,* quasi ex altero, quod est in posteriore colo, male natum; sed minime assentio.——688. Hic novæ scenæ initium in Mss. et Edd. Vett.—*Ego sum miser,* Bo: aliique, ex Ald. ubi est *miser* in altero quoque sententiæ membro repetitum. Mss. autem omnes quos vidi, et Nostr. et Vindd., dant *Ego sum.* Eu. *Imo* (vel *immo*) *ego s. m.*——689. *Cui;* unice B. 1, *quoi;* R. 2, *qui.*—*Tanta mala,* omnes; et Edd. Ald. Lamb. aliæque Vett.—*Mœstitudo,* autem, omisso *que,* habent Ald. et Parm. et sic Butleri Codex B. b. sed alterum melius, vel ob id judico, quod insolentius est; *obtigit,* (quod producta ult. syll. pronuntiand.) vocem sibi proximam nimirum respicit.

685. *Palam res est.*] 'All's discovered.' Suspicatur nimirum Lyconides Euclionem propter filiam vitiatam lamentari, non, ut res erat, propter ollæ suæ jacturam; unde per totam hanc scenam in ambiguitate verborum *ollam* et *puellam,* cum utrumque feminini generis sit, luditur.

688. *Ego sum, miser.*] 'It is I, wretch that I am.' Hæc commate post *sum* interposito legenda, ut sit *Ego sum* (nempe *homo qui hic loquitur*) responsio ad Euclionis interrogationem, *miser* autem sit ipsius Lyconidis suas fortunas dolentis exclamatio; eadem autem verba, punctulo subjecto, ad se ipsum refert Euclio, utpote qui sit miserorum miserrimus, nec pati queat ut alter quis se præsente de miseriis suis conqueratur.

689. *Animo bono es.*] 'Cheer up.' *Es* imperativum est. Infra 744. Ter. Adelph. IV. v. 62.

"Bono animo es, duces uxorem.
Æ. Hem.
M. Bono animo es, inquam."

EU. Quo, obsecro, pacto esse possum?
LY. Quia istuc facinus, quod tuom
Sollicitat animum, id ego feci, et fateor.
EU. Quid ego ex te audio?
LY. Id, quod verum est.
EU. Quid ego emerui, adulescens, mali,
Quam ob rem ita faceres, meque meosque perditum ires
liberos? 693
LY. Deus mihi impulsor fuit; is me ad illam illexit.
EU. Quo modo?
LY. Fateor peccavisse, et me culpam commeritum scio: 695
Id adeo te oratum advenio, ut animo æquo ignoscas
mihi.
EU. Cur id ausus facere, ut id, quod non tuom esset, tangeres?
LY. Quid vis fieri? Factum est illud: fieri infectum non
potest.

v. 690. *Quo;* B. 1, et C, *qui.* Sed *quo,* Edd. Vett. et Recentt.—*istud,* B. 1, et C. *istuc,* reliqui.——691. *et fateor,* omittit *et* C.——692. *Id, quod v. e.* Ita omnes Codd. inserult *Pol* ante *Id* Bo.—*Verum* non liquescit.—Tum *emerui,* V. 1. 2. et septem Nostri plane; duo etiam, A et H. 6, habent ex correctione. V. 3, *merui.* Inseruerunt nonnulli *de te* ante *merui* ut vitaretur geminus hiatus, et sic voluit Noster HARE.——693. Pro *liberos,* dant H. 3, 5, *filios,* et sic A, sed *liberos* superscript. et hoc habent Edd.—*Quam ob rem,* solute apud plerosque Codd. legitur, et recte, siquidem *quam* eliditur; unde *ita* (quod est in omnibus Scriptis) non immutandum, sed conservandum; voluit HARE *Quamobrem id f.*——694. Ita omnes Codd. *Deus,* μονοσυλλάβως legend.——695. *Fateor pecc.* Unice B. 1, *Fateor me p.* Voluit HARE, *peccavisse fateor,* vel *peccavisse me;* sed confert interim Most. V. II. 18, ubi est *Fateor peccavisse,* et sic noster locus legendus, cum sensus bene patiatur hiatum.——696. *Te oratum,* omnes Præter B. 1. H. 5; ubi est *exoratum,* sed horum H. 5, transpositis vocibus, *Id ad. exorat. adv. te.*——697. *Non tuom,* (vel *tuum,*) Septem Nostr. Codd. *non esset tuum,* C. *tuum non,* reliqui, et tres Vindd. sed alterum rhythmo convenientius.——698. In plerisque Mss. interpungitur, *factum est. Illud fieri inf. n. p.* et sic Ald. et Parm. sed non constat.

694. *Deus mihi impulsor fuit.*] Deus, h. e. Amor. Conf. Tibull. I. VII. 29.

"Non ego te læsi prudens: ignosce fatenti:
Jussit amor: Contra quis ferat arma Deos?"

698. *Fieri infectum non potest.*] Proverbiali sententia usus est, quam recte servavit Interpr. Angl. 'What's done cannot be undone.' Siquidem, ut ait Hor.

Deos credo voluisse, nam ni vellent, non fieret, scio.

EU. At ego deos credo voluisse, ut apud me te in nervo enecem! 700

LY. Ne istuc dixis!

EU. Quid tibi ergo meam me invito tactio est?

v. 699. *Deos cr. vol.* Ita Codd. et Nostr. et Vindd. et miror quemquam transposuisse. *Deos*, monosyll. ut Supra v. 694.——700. Hoc loco tres Codd. (A. H. 2. 5.) habent *Credo deos vol.* sed longe præstat repeti eundem ordinem quem in priore versu dedimus.—*Apud me te*, ita recte Recentt: post Meursium. Nostri Codd: dant *apud te me;* sed in A, est *me* super *te* superscript. et in H. 2, correctoris manus transponenda esse hæc pronomina jubet: et sic HARE.—*enecem* autem longe plures Codd. *enicem*, R. 1. C. B. b. quos secutus est Bo: post Ald. Vid. Infr. 786.——701. *Dixis*, Ita plerique Codd. Duo, H. 3, et C, *dix'is;* quinque *ἀμέτρως dixeris.*—*Meam*, quod dant plures Codd., monosyllabice pronuntiand. Non male autem A, et B. 1, *mea*, (plurali numero;) sed cum id facillime posset ex contracta forma *τοῦ meam*, (ut plerumque in Mstis exhibetur,) natum esse, malui vulgatum retinere.

Od. III. XXIX. 45,

"Non tamen irritum
Quodcunque retro est efficiet; neque
Diffinget infectumque reddet
Quod fugiens semel hora vexit."

Citat Bo: Ter. Phorm. V. VIII. 45.

"Verum quando jam accusando fieri infectum non potest,
Ignosce."

699. *Deos credo voluisse.*] Excusat se Lyconides quod puellam vitiaverit, relato facinore suo ad Deos instigatores. Argumentum ex necessitate fatorum pendens, cujus erant Græci philosophi, potissimum Stoici, suasores.

700. *At ego deos*, etc.] Haud male isti defensioni respondet indignans Euclio, argumento ejusdem monetæ adhibito. Huc pertinet festivissima fabula quam narrat ERASM. in Adag. super proverb. "*Ut sementem feceris* ita et metes." Verba ejus sunt, Refert Laertius in Zenone, eum servum in furto deprehensum cædere; Servus interim clamabat, in fatis fuisse ut furaretur. At Zenon, illud etiam, ut cædereris. Servus quoniam audierat herum disputantem de necessitate fatorum, eam prætexuit suo commisso. Sed scite retorsit philosophus.

— *Ut apud me te in nervo enecem.*] Verte, 'That I have you kept in the stocks at my house till you are half dead.' De *nervo* vide in Gloss. *Enecem* autem valet id quod apud Ter. Andr. I. II. 28.

"Verberibus cæsum te, Dave, in pistrinum dedam *usque ad necem.*"

Ubi *usque ad necem* cum priore parte sententiæ sumenda, et dicta sunt per hyperbolem pro *valde et vehementer cæsum verberibus*, nam primum cædebantur, tum in carcerem seu pistrinum fiebat injectio.

701. *Quid tibi ergo*, etc.?]

LY. Quia vini vitio, atque amoris feci.

EU. Homo audacissume,
Cum istac te oratione huc ad me adire ausum, impudens!
Nam si istuc jus est, ut tu istuc excusare possies:
Luce claro deripiamus aurum matronis palam; 705
Post id si prehensi simus, excusemus: ebrios
Nos fecisse, amoris causa. Nimis vile est vinum atque amor,

v. 702. *Atque am.* Ita omnes Nostri, præter A, ubi est *et am.* itaque Edd. Vett. Bo: *vitioque.* ——703. *Cum istac te,* Mss. nisi quod *te* (quod elisionem non patitur) abest ab uno B. a.—*Ausum,* varie in Codd. legitur, *ausin, ausun, ausim,* sed *ausum* unice rectum.——704. *Excusare,* quatuor Nostri Codd: dant *excusari;* et ita etiam H. 2, ex corrigentis manu; sed alterum reliqui, et Edd. quod melius.—Negat HARE esse *istuc* in Mstis, et conjicit *ut te sic* legendum: Equidem in Nostris Codd. inveni, et omnino retinendum censeo.——705. *Luce claro,* Ita plane B. 1. sed omnes reliqui Nostri, et tres Vindd. *Luce clara.* Citat Nonius *claro,* quem laudavit post alios HARE. Vide Gloss.—Sex Codd. *diripiamus,* sed alterum, quod dant reliqui, et Edd. Vett., melius.——706. *Prehensi,* plane V. 3, et quatuor Nostr. et H. 2, contracte. *Prensi,* reliqui, nisi quod A habet *de* superscript: ut sit *deprensi.*—Tum *simus,* R. 1. B. b. Reliqui omnes et Nostr. et Vindd. *sumus,* quod metrum non fert. Bo: *fuerimus.* Ald. et Parm. *simus.*——707. *Hoc fecisse,* H. 1. sed manifesto librarii errore, siquidem litteræ H et N in Scriptis simillimæ sunt, præsertim in initio versus, nec multum distant *c* et *s* ubi in Scriptis exhibentur.—Cæterum male C, *et amoris causa,* cum longe plus ironiæ insit verbis sine copula additis.—*Nimi',* ablata littera ult. pronuntiand.—Tum non temere H. 3, dat *utile* pro *vile,* sed hoc præferendum, cujus interpretationem vide in Nott.

'What business then had you to lay hands on what was mine without my consent?' De constructione Vide Supra 377. Intelligit autem *ollam* Euclio, *puellam* contra Lyconides.

703. *Cum istac te oratione,* etc.] 'The impudence of the fellow! To think of your daring to come to me with such a tale as this!' Particulam *ne* ad ejusmodi indignationem exprimendam eleganter usurpant Latini, ubi Græce articulum neutrum τὸ cum infinitivo reperias. Exemplum habes in init: Aristoph. Avv. 5—7.

τὸ δ' ἐμέ.....τὸ δ' ἐμέ.....

et passim apud Comicos.

707. *Nimis vile est,* etc.] 'Oh, wine and love are had far too cheap if that's the case.' Sententia est, Cariora esse debent, imo maximi pretii, vinum atque amor, si tanta bona comparare queant, ut impune liceat amanti atque ebrio quicquid vult peccati admittere.

Si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat, licet.

LY. Quin tibi ultro supplicatum venio ob stultitiam meam.

EU. Non mihi homines placent, qui, quando male fecerunt, purgitant. 710

Tu illam scibas non tuam esse: non attactam oportuit.

LY. Ergo quia sum tangere ausus: haud causificor, quin eam

Ego habeam potissumum.

EU. Tun' habeas me invito meam?

LY. Haud te invito postulo; sed meam esse oportere arbitror.

Quin tu eam invenies, inquam, meam illam esse oportere, Euclio. 715

v. 708. *Lubet*, H. 5. *lubeat*, reliqui.——710. *Malum*, pro *male*, B. a.—*fecerint*, A. H. 5, *ἀμέτρως*. ——711. *Sciebas*, A. H. 2. 5. B. a. Reliqui omnes *scibas;* itaque Edd. Vett. recte, Vide Gloss.—*attactam*, plane H. 2. R. 1. *actactam*, (quod eodem redit,) H. 6. B. a. b. *actatam*, R. 2, mendose. *attrectari*, A, sed in marg: "al. *tactam esse.*" *attractari*, V. 3. B. 1. 2. C. *obtrectari*, V. 1. 2. H. 1. 5. et H. 2, in marg. Ex hac lectionum varietate unum notandum, quod omnes habent litteram *a* in posteriori parte vocis, unde Bothii *attactum* rejiciendum omnino censeo. Cæterum ex versu proximo, ubi est verbum *tangere* repetitum, apparet verba *attrectari*, vel *attractari*, quæ aliter libens admiserim, hic locum non habere.——712. *haud inficior*, H. 1. *Non causificor*, H. 5.——713. *Tu*, Quatuor Nostri Codd. *Tun'*, reliqui, et Libri Editi.——714. *Meam oportet esse*, A. *meam esse oportet*, H. 3; Neutrum despiciendum, sed quod in textu dedimus, est cæterorum Codd. et Edd., credo, omnium lectio.——715. *Quin tu eam inv.* "dele *eam*, quod et metrum et sensum turbat," HARE, cui libens assentirem si vel ex uno Codice abesset, sed cum perverse omnibus insit, nequeo eliminare; est igitur *eam* monosyllabice pronuntiand. et elidend. et, quod ad sententiam attinet, est mixta constructio, cujus alibi exempla apud Nostrum invenire est.—*Meam ill. esse.* Tres Vindd. et omnes Nostr. transposuit Bo.—*Oportere*, B. 2. B. b. Reliqui omnes *oportet*, solœce; et ita Ed. Parm.

712. *Haud causificor.*] 'I make no objection.' Non dico causam, non recuso; *οὐ προφασίζομαι.* LAMB. Idem est apud Ter. Phorm. II. 1. 42.

"*Non causam dico*, quin, quod meritus sit, ferat."

715. *Quin tu eam invenies*, etc.] Qui civem Romanam vitiaverat, aut eam indotatam ducere, aut si hoc recusaret, capitis argui consuevit. GRON. Vid. Infra 750. Et quod ad constructionem attinet, Vide in Nott. Critt.

EU. Jam quidem hercle te ad prætorem rapiam, et tibi scribam dicam,
Nisi refers!
LY. Quid tibi ego referam?
EU. Quod surripuisti meum.
LY. Surripui ego tuom? unde? aut quid id est?
EU. Ita te amabit Jupiter,
Ut tu nescis!
LY. Nisi quidem tu mihi, quid quæras, dixeris.
EU. Aulam auri, inquam, te reposco, quam tu confessu's mihi, 720
Te abstulisse.
LY. Neque edepol ego dixi, neque feci.
EU. Negas?
LY. Pernego imo: namque ego aurum, neque istæc aula quæ siet,
Scio nec novi.
EU. Illam, ex Silvani luco quam abstuleras, cedo!
I, refer! dimidiam tecum potius partem dividam.

vv. 716-7. Transposite hi versus apud omnes Nostros Codd: leguntur; recte, Acidalium secutus, in ordinem revocavit Bo.——717. Bo: ex Cod. Monacensi, *quod tibi subr.* et facit versum nescio quem asynartetum; inest et *tibi*, contracte scriptum, in uno Nostr. H. 3. abest ab omnibus reliquis, et multo mellus judico abesse, quod vel versus sequens convincit. Carent etiam Edd. Vett.——718. *Surripui ego tuom*, (vel *tuum*,) omnes Nostr. Codd.——720. *Confessus es*, H. 1. B. b. *Confessus*, reliqui. *Confessu's*, HARE, quem sequor.——721. *Ego edepol*, quatuor Nostr. *neque pol ego*, C. *ego*, abest a quatuor Nostr. Reliqui *neq. ed. eg.* Ald. et Parm. *neque id ædepol.*——722. Varie in Codd. legitur; septem Nostri dant *Namque ego aur.* C. *nam ego*, omisso *neque;* a quatuor abest *nam*, et *neque* per se legitur; unde colligo alterum ejiciendum. Bo: *nam neque.*——Prior syll. τοῦ *istæc* corripitur, quod latuit Bothium, unde vers. asynart. quibus valde gaudet, temere ex optimo trochaico effecit.——723. Pro *cedo* dat C, *credo;* Vid. Argum. prius, v. 12.

716. *Scribam dicam.*] Γράψομαι δίκην. 'Will enter an action against you.' Ter. Phorm. I. II. 77. "Ego te cognatum dicam, et *tibi scribam dicam.*" h. e. te in jus vocabo.

724. *Dimidiam partem.*] Supra 247. Gloss. Hoc loco est, Dimidiam potius partem totius auri, in duas partes æquales divisi, tibi dabo. LAMB.

Tametsi fur mihi es: molestus non ero furi. Refer!
LY. Sanus tu non es, qui furem me voces; ego te, Euclio,
De alia re rescivisse censui; quod ad me attinet, 727
Magna res est, quam ego tecum [otiose,] si otium
est, cupio loqui.
EU. Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti?
LY. Bona,
Non.
EU. Neque scis qui abstulerit?
LY. Istuc quoque bona.
EU. Atque si scias, 730
Qui abstulerit, mihi indicabis?
LY. Faciam.
EU. Neque partem tibi
Ab eo, quiqui est, indipisces, neque furem excipies?
LY. Ita.

v. 725. Solute in Codd. legitur *Tam et si*. Unus, A, *Tamen et si*.—Tum *mihi fur*, H. 3, et C. sed melius reliqui, *fur mihi*.—*Non ero furi. Refer*; omnes Nostri. Male Vulg. *i vero, refer*.—727. *Re resc.* omnes Nostr.—*quod*, plane scriptum exhibent quatuor Nostr. et reliqui contracte *qd'*: præter unum B. 1, ubi est *quæ*, et sic Bo: ob metrum; sed potest *quod* rapide pronuntiari.—728. *Magna res est*, omnes præter B. b, qui dat *est res*, et sic Bo: versu pro iambico perperam habito. Voluit HARE deleri *res*; uncis inclusit WEISE. Equidem omnino retinendum censeo, et *otiose* vel τρισυλλάβως pronuntiandum, vel hoc fortasse delendum ut glossema verisimili. in verba *si otium est*. Abest quoque ab uno optimæ notæ Codice, (H. 5,) si quem id movet.—729. *Bona, non*. Ita omnes Codd. quod cum haud spernendum judicem, *non* in versum proximum transtuli.—730. *Qui abstulerit*, omnes Nostr. et Vindd. præter C, ubi est *quis*. Tum *scias*, omnes. Bo: *scies*. Cæterum hic versus et sequ. confuse in Codd. exhibentur.—731. *Qui abstulerit*, iterum omnes Codd. qui etiam habent *indicabis*, quod sine causa in *indicassis* mutavit Bo.—732. *Indipisces*, Ita sex Nostri, et A, in marg. ubi vero est in textu *inde poscas*. Quatuor habent *inde posces*; et C, *unde posces*. Ald: et Parm: *indipisces*.—Tum *excipies*, sex Nostr. unus, H. 5, *excipias*; reliqui vitiose *expies*.—Pro *quiqui est* dant Codd: *cuique est*, aut *quoi sit*, aut *qui sit*, aut *cui sit*. Citat Non. *quiqui est*.

729. *Dic bona fide*, etc.] Confert Noster HARE, Capt. IV. II. 110. [817. B.]

H. "Dic, bonan' fide tu mi istæc verba dixisti?
E. Bona."

Ubi vero notandum *Bona* affirmandi vim habere, ut recte hoc loco *Bona non* exhibere Codd: videantur, cum apertam negationem sensus postulet. Vide in Nott. Critt.

732. *Neque furem excipies?*]

EU. Quid, si fallis?
LY. Tum me faciat, quod volt, magnus Jupiter.
EU. Sat habeo. Age nunc, loquere, quid vis.
LY. Si me novisti minus,
Genere quo sim gnatus: hic mihi est Megadorus avonculus; 735
Meus fuit pater Antimachus; ego vocor Lyconides;
Mater est Eunomia.
EU. Novi genus: nunc, quid vis?
LY. Id volo

v. 733. Decem nostri Codd: *Id fallis*, omisso *si*. Duo, A, H. 3, *Id faxis*. Unice B. a, *Ita. id si fallis*.—*Quod volt*, omnes præter R. 1, ubi corrupte legitur.——734. *Quid vis*, plane omnes Nostri præter C, ubi est *quicquid vis*, et tres, B. 2, H. 1, R. 2, ubi contracte legitur. Et sic Edd. Vett. Bo: *quod vis*.——735. *Quo*, omnes Nostri. et Edd. Vett. Bo: et Recentt: *qui*.—Pro *sim*, B. a, *sum*, solœce.——736. *Anthimachus*, B. a.—*Pater* autem, ultima producta, pronuntiand. Conjecerat HARE legendum, vel *Antimarchus*, (ut Trin. IV. II. 72. [883. B.] *Callimarchus*;) vel *Meus autem f.* sed nil opus.——737. Ita personas distribuunt Mss. omnes, et Nostr. et Vindd. Et ita Edd. Vett. *Nunc, quid vis?* Vid. Supra 132. Duo Codd. H. 5, R. 2, *numquid vis*, sed contracte. De hac abeuntium formula alibi locuti sumus, et locum hic habere nemo negabit, cum plane, auri quærendi causa, discedere ab homine importuno vellet Euclio. Aliter ordinaverunt Bo: et Recentt.—Haud male H. 1, *Ego id volo noscere*.

'Nor will you screen the thief.' i. e. Neque furem recipies ad te, et celabis. LAMB. Cæterum Non. laudato hoc textu, explicat *Excipere* per *excusare*, vel *celare*: 'to shelter; or harbour.' et ita Gloss. in Cod. H. 2. Citat GRON: Cic. Pro Leg. Manil. de Mithridate; "Hunc in illa fuga Tigranes rex *excepit*, diffidentemque rebus suis confirmavit." Nam qui *recipit*, dat locum delitescendi.

733. *Quid, si fallis?*] Confert LAMB: Amph. 239.

So. "Quid, si falles?
MR. Tum Mercurius Sosiæ iratus siet."

Hoc autem, *Tum me faciat*, etc. dictum est εὐφήμως pro, Tum magnus me perdat Jupiter. *Me*, pro *in me, adversus me*, aut tale aliquid. 'Let him do with me as seemeth to him good.' Est duplicis accusativi constructio.

734. *Si me novisti minus.*] Id est, Si parum me novisti; si nescis qui sim, aut quibus ortus parentibus.

737. *Id volo noscere.*] I. e. Volo certior fieri quid tu velis de filia tua; nimirum an mihi, an Megadoro, nuptum dare destines. Sed vide in Nott. Critt.

Noscere :—filiam ex te tu habes.—

EU. Imo, eccillam domi.

LY. Jam tu despondisti, opinor, meo avonculo.

EU. Omnem rem tenes.

LY. Is me nunc renuntiare repudium jussit tibi. 740

EU. Repudium rebus paratis, atque exornatis nuptiis?
Ut illum dii immortales omnes deæque, quantum est, perduint,
Quem propter hodie auri tantum perdidi, infelix, miser!

LY. Bono animo es, et benedice! Nunc, quæ res tibi et gnatæ tuæ
Bene feliciterque vortat...Ita dii faxint, inquito. 745

v. 738. *Noscere*, Sic omnes Codd. præter H. 5, qui habet *Noscere te;* et sic Ed. Parm. Bo: et Recentt: *Noscere ex te;* sed omnes Mss. dant *filiam ex te*, et recte credo. Ita et Ald. Parm. Lamb. &c.—*Imo*, non elidend. hiatum bene patitur sensus, ut sine causa conjecerit HARE, *immo, habeo, ecc. d.*——739. *Jam*, omnes Nostr. Codd. et sic Ed. Parm. *Eam* vero Ald. Lamb. et Recentt. *Jam* autem valet *modo*, et opportune, credo, quod ad sensum, huic loco convenit. *meo* autem μονοσυλλάβως, et *avonculo*, contracte, [ut Supra v. 638,] pronuntiand. Maluit Noster HARE, *avunclo*, sed illud melius.——741. *Atque exornatis*, omnes Codd. rejiciendam esse copulam conjecit HARE, quia sic citaverit Non. M. et ita edidit WEISE. Sed potest *p'ratis*, ablato priore *a*, legi.——742. *Illum*, prior syll. corripitur, ut sit versus idem cum cæteris; insulse pro Iambico habuit Bo.——744. *Benedic*, ob metrum legi jubet Noster HARE, et sic scribitur in B. b. Cæteri habent vel conjunctim *benedice*, vel *bene dice* solute scriptum.—*B'no* rapide pronuntiand——745. *Vortat;* Quatuor Codd: vel *vertant*, vel *vertant;* sed melius singulari numero legitur; Vide Supra 175.

738. *Imo, eccillam domi.*] 'To be sure I have, her at home.' Imo habeo, ecce illam domi. Admirantis sunt verba Euclionis, quorsum tendat ista interrogatio.

740. *Renuntiare repudium.*] Me quasi *nuntio* usus est, qui tibi repudium sponsæ futuræ, filiæ nempe tuæ, remittam. Vide Gloss.

742. *Quantum est.*] Plena constructio esset, *Quantum est deorum dearumque.* Confer Pseud. 35.

CA. "At te dii deæque, *quantum est*...
Ps. Servassint quidem."

744. *Bono animo es.*] Supra 689.

— *Quæ res tibi*, etc.] Fausta precatio, qua utebantur, initio rei cujuslibet gerendæ, negotiique contrahendi. LAMB. Vide Supra 105. 175.

745. *Ita dii faxint.*] Ita dii faciant. 'Amen'. Deus omen confirmet: ratum sit quod loquor.

EU. Ita dii faciant!

LY. Et mihi ita dii faciant! Audi nunc ïam.

Qui homo culpam admisit in se, nullus't tam parvi pretii,

Quem pudeat, quom purget sese:—nunc te obtestor, Euclio,

Ut quod erga te imprudens peccavi aut gnatam tuam,

Id mi ignoscas, eamque uxorem mihi des, ut leges jubent! 750

Ego me injuriam fecisse filiæ fateor tuæ,

Cereris vigiliis, per vinum atque impulsu adulescentiæ.

v. 747. *Qui*, non liquescit.—*Culpam admisit*, Ita plures Codd. quinque dant *adm. culp.* metro duriore.——748. Duo Vindd. et omnes Nostri, *Quin pudeat, quin* etc. nisi quod R. 1, habet *Quam pudeat*, (*quam* contracte scriptum,) et C. *quin pudeat et quin p. s.* In V. 3. est *quin pudeat quom purget s.* sed illud *quom* ab altera manu effictum ex contracta forma τοῦ *quin*; unde tamen nostrum dedi, cum vulgatum recte Bothio insulsissimum videatur; quem videsis in Notis Criticis majori Editioni suæ additis.——749. *Ut quod*, Ita Codd. Vindd. et omnes Nostri, præter H. 2, ubi est *Id quod*, unde *Id* pro *Ut* in versu sequenti dedi. Unice H. 6, habet in marg: "al. *si quid.*" et sic edidit Bo. —*Ego* autem, quod ante *erga* in pluribus Codd. apparet, abest a duobus Nostris, (B. a. H. 3.) et ejiciendum censui quia et rhythmo officit, et potuit facillime in textum irrepsisse ob similitudinem vocis sequentis quæ in Scriptis plerumque contracte exhibetur.—*te*, non elidendum.——750. *Id mi*, Vide in vers. præced. Codd: *Ut mihi*; et ita Edd. Vett. nisi quod Parm. et Ald. habent *Mihi ign.* omisso *ut*; et sic Recens Editor C. H. WEISE, sed vitandus est hiatus insolentior inter *mihi* et vocem ab *i* incipientem.—*Jubent*, Ita quatuor Nostr. Codd. male reliqui *jubeant*.——751. *Fecisse fil.* Ita H. 5. B. a. apud cæteros perverse hæc verba leguntur.——752. *Impulsum*, unice H. 2. sed pro vitioso ab altera manu notatum.—*et imp.* C.

747. *Nullus 't tam parvi pretii*, etc.] 'He is not so much to be despised.' Non est ita pro vili æstimandus. Nam ingenui est confiteri, et hunc solum suorum ipsius peccatorum pudet pœnitetque.

748. *Quem pudeat, quom* etc.] 'Who feels a sense of shame, when he excuses himself.' Vide in Nott. Critt. Sed nescio an sic loco parum perspicuo succurratur.

749. *Imprudens peccavi.*] Vide Supra 23. Gloss. Ignorabat nimirum Lyconides Phædram esse filiam Euclionis, ideoque, quod ad hunc attinebat, *imprudens*, h. e. inscius, (Undesignedly,) peccaverat.

750. *Ut leges jubent.*] Vide Supra 715.

752. *Cereris vigiliis.*] Supra Prol. 36.

Eu. Hei mihi, quod facinus ex te ego audio?
Ly. Cur ejulas?
Quem ego avom feci jam ut esses filiæ in nuptiis.
Nam tua gnata peperit decumo mense post, (numerum cape:) 755
Ea re repudium remisit avonculus causa mea.
I intro: exquære, sitne ita, ut ego prædico.
Eu. Perii oppido:
Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se adglutinant.
Ibo intro: ut, quid hujus veri sit, sciam.
Ly. Jam te sequor.

v. 753. *Cur ejulas?* Ita primus, quod reperio, edidit Lambinus, et hunc Recentt: secuti sunt. Ed: Parm: et Ald: *curre i vise.* Codd. varie exhibent, sed nulli non corrupte; siquidem A dat, *curre i per vias;* tres Vindd. et reliqui Nostri *curre i vias,* aut simile quid. Non male H. 6, in marg. *Cur renuas;* quod pene reposueram, (priore syll. *τοῦ renuas* producta, ut vidimus jam factum in vv. 197, 472;) unde optimus efficeretur sensus, et quam proxime ad ductum litterarum, *curreuuas,* quales in Scriptis plerisque exstant, hæreretur.——754. *Filiæ,* Ita omnes Codd. a quibus abest *in,* quod ob metrum inserendum, et diphthongus non elidend.——757. *I intro,* Ita unice B. b. a reliquis abest *I,* ut solet, ob sequent. vocal.—*Exquære,* Ita hunc textum citat Priscian. ut notat gloss. in Cod. H. 6. et sic exhibent sex Nostri plane; duo contracte; reliqui *exquire.*—*Sitne intro,* B. a. sed alterum melius.——758. *Sese,* B. b.—*Adgl.* B. b. reliqui vel *aggl.* vel *agl.*——759. *Veri,* [Vid. Infra 764.] Sic plane H. 3. reliqui *hujus ue si sit,* vel *hujus ne si sit;* B. a. *hujus si sciam.* Nullus, quot vidi, habet aut *rei* aut *reii* sicut Recentt: ediderunt.—*Sequor,* autem plane Mss. et Edd. Vett. Bo: *sequar.*

754. *Quem ego avom feci,* etc.] Constructio mixta, de qua Supra 397. 651; pro eo quod esset, Quem ego feci avum esse in filiæ nuptiis, vel, Feci ut avus esses, etc.

755. *Decumo mense post.*] Decimo mense post Cereris vigilias, quo die filiam tuam compressi. Lamb. Sic esse hanc phrasin accipiendam, nempe ut sit, decimo mense incepto, non exacto, apparet ex Aul. Gell. Lib. III. cap. xvi; quem super hac re fusius disputantem operæ erit adire. Exemplis vero ab illo adductis, nonnulla alia, quæ mihi ad rem potissimum visa sunt, in Gloss. contuli. Vide et Commentt. ad Herod. Lib. VI. capp. 63. 69; de Demarato Spartanorum rege, quem mater partu ediderat, "Οὐ πληρώσασα τοὺς δέκα μῆνας."

— *Cape.*] Computa. Com. Ms.

758. *Ad malum malæ res,* etc.] Græci dicunt Ἐπὶ κακοῖς κακά. Simile est in Men. 6.

"Homini misero si ad malum accedit malum."

Hæc propemodum jam esse in vadó salutis res videtur.
Nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum, non reperio; 761
Nisi etiam hic opperiar tamen paulisper; postea intro
Hunc subsequar: nunc interim spacium ei dabo exquirendi
Meum factum ex gnatæ pedissequa nutrice, an vera novit.

ACT. IV. SCENA VII.

STROBILUS. LYCONIDES.

ST. Dii immortales, quibus et quantis me donatis gaudiis!
Quadrilibrem aulam auro onustam habeo; quis me divitior? 766
Quis me Athenis nunc magis quisquam est homo cui dii sint propitii?

v. 763. *Exquirendi*, omnes Codd.——764. *Pedissequa*, Ita Mss. nisi quod unus H. 5, *pedissica;* Vid. Supra 455.—*an vera novit*, hæc cum planissime in omnibus Scriptis et Nostr. et Vindd. exstent, nescio cur aliquis abjicere velit, et insulsum illud *ea rem novit* reponat. Certe non est cur quis hæreat in voce *vera*, plurali numero posita, nec postulant leges grammaticæ ut *norit*, pro *novit*, (sicut in Ed. Parm. factum est,) legamus. Tum, quod ad sensum, nonnihil hic locus confirmat alterum illum v. 759, quem alii, sine causa, credo, immutaverunt.——766. *Onustam*, non elid. Bo: *onust. ego hab.* sed recta abest *ego* ab omnibus Mss. et Nostr. et Vindd.—*Quis me divitior*, Ita V. 1. 2. et sex Nostri. Tres *quis est me d.* Reliqui *quis me est*, et sic edidit Bo.——767. *Magi'* ablata litt. ult. pronuntiand. Bo: contra fidem Codicum, *mage*.

760. *In vado salutis.*] 'In the haven of safety.' In securitate: in tuto. Nam ut in profundo periculum est, ita in vado securitas. DON. ad Ter. Andr. V. II. 4. "Omnis res est jam in vado." Idem est, Andr. III. I. 22. "Ego in portu navigo."

LY. Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire visus sum.

ST. Hem!

Herumne ego aspicio meum?

LY. Video ego Strobilum nunc, servom meum?

ST. Ipsus est.

LY. Haud alius est.

ST. Congrediar.

LY. Contollam gradum.

Credo ego illum, ut jussi, eampse anum adisse hujus nutricem virginis. 771

ST. Quin ego illi me invenisse dico hanc prædam, atque eloquor?

v. 768. Hic versus usque ad *aspicio meum* Strobilo continuatur apud omnes quos vidi Codd. sed aliter Libri Editi, dubitantius Bo: secutus sum.——769. Codd. omnes, et Nostr. et Vindd. habent *ego aspicio;* nec video cur *ego* ob metrum eliminetur, siquidem in hujusmodi scenis fit ut verba solito celerius enuntientur. Prius igitur *ego* et *'rumne* rapide pronuntiand. et prius *meum* pro monosyll. habend.—Tum fere omnes dant *Video ego nunc Str. s. m.* Unus tantum, C, omittit *nunc;* et tres, B. 1. H. 2. 5, dant, *Videon ego nunc.* Unde levissima transpositione textum confeci. Longius alii a Scriptis discesserunt, sed nil opus.——770. *Haud alius est,* Ita plures Codd. at V. 1. et quatuor Nostr. *Haud aliud,* omisso *est.* V. 3, et duo Nostr. H. 6. R. 1, *Haud aliud est.*——771. *Eampse,* Unice H. 2. et A, ex correctione. Cæteri *eam ad se anum.* Unus, C, *eam ad sese.*—Tum *adisse,* omnes, ut *perisse,* Supra 256. Prior syll. *τοῦ illum* corripitur; *eampse* διασυλλάβως pronuntiand.——772. Mss. *dico... atque eloquar,* solœce; sed *eloquar* ortum est ex versu sequ. Unice B. a, *dicam..... atque eloquar;* sed melior indicativus, et sic Edd. Vett.

768. *Certo enim,* etc.] Nihil habet *τὸ enim* cui referatur, nisi per ellipsin sententiam expleas, aut, quod est melius, *gestum* Lyconidis, subito se dextrorsum seu sinistrorsum convertentis, respicias. Cæterum pene suspicor hæc verba, ad Mstorum fidem, Strobilo continuanda esse, qui, audita voce ex proximo, sermonem subito intermittit. Quæ sequuntur, usque ad v. 773, referas ad scenæ antiquæ longitudinem, de qua plura in Men. 649. Non vero tam longa fuit scena, quam arte quadam singulari conficta, ut spectatoribus, e longinquo per cuneos sedentibus, vastum et enorme spatium vicorum ostendere videretur. Exemplum cernere est etiam hodie in Italia apud Urbem *Vicenza,* ubi exstat theatrum, mutilum illud quidem, sed ad antiquam normam effictum, quemadmodum a Vitruvio descri-

Igitur orabo, ut manu me mittat. Ibo atque eloquar.
Reperi....

LY. Quid reperisti?

ST. Non, quod pueri clamitant
In faba se reperisse.

LY. Jamne autem, ut soles, deludis? 775

ST. Here, mane; eloquar jam: ausculta.

LY. Age ergo, loquere.

ST. Reperi hodie,

v. 773. H. 6. ex correctione, *manu me emittat*, sicut Infra 779-80. B. b, ἀμέτρως, *me manu mittat*.—Tum *Iboque atque eloquar*, quatuor Nostr. *Iboque atque alloquar*, C. *Iboque at eloquar*, A. *Iboque*, B. 2, omissis reliquis.——774. *Reperi*, Ita omnes fere Codd. Vide Supra 197. Non constant autem secum in hac voce Scripti.——775. *Jam nunc ut sol.* V. 3. B. 1. *Jam me aut.* A.——776. B. a, *eloquere;* sed nil opus mutare. Idem habet *Reperi ego hodie*, sed melius abest *ego*, cum prima syll. τοῦ *reperi* producatur. Vide in vv. 774. 782.

bitur, quodque libentissime viset Comœdiæ antiquæ amans. Erexit celeberrimus *Palladio, Archit:* Anno MDLXXXIV.

773. *Manu me mittat.*] 'That he set me free.' Ut donet libertate. Notum est servorum, volente magistro, *manumissio:* nunc autem servus, quia thesaurum nactus est, libertatem suam vult pretio emere, quod leges sinebant, et ad hoc haud raro servi frugi peculium suum conservabant. Vide Gloss.

774. *Non, quod pueri,* etc.] Servus, significans non parvam rem neque levem reperisse se, negat inventum sibi nihil majus quam quod pueri clamitant se reperisse in faba; nempe vermiculum quem *Midam* vocant: eum enim pueri in fabis quærere solebant, quique inveniebat inde exultare ac velut triumphum agere. GRON: qui confert simile quid ex Juv. Sat. VIII. 29.

"Exclamare libet, populus quod clamat, Osiri
Invento."

Εὑρήκαμεν, scil. εὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν.

775. *In faba se reperisse.*] In fabis nimirum vermiculus iste *Midas* abundabat, sicut in tritico et farre Curculio; cui alludit Virg. Georg. I. 186. et Noster Curc. 588.

"In tritico facillime
Vel quingentos curculiones faxo reperies."

— *Ut soles, deludis?*] Suspicatur herus ludos facere servum; nam ita locuti sunt cum rei alicui narratæ minus crederent. Sic Hor. Sat. II. VI. 53.

"Ut tu semper eris derisor."

Here, divitias nimias.

LY. Ubinam?

ST. Quadrilibrem, inquam, aulam, auri plenam!

LY. Quod ego facinus audio ex te?

ST. Euclioni huic seni surripui.

LY. Ubi id est aurum?

ST. In arca apud me: nunc volo me emitti manu.

LY. Egone te manu emittam, scelerum cumulatissume? 780

ST. Abi, here! scio, quam rem geras! lepide hercle animum tuom tentavi!

Jam, ut eriperes, apparabas: quid faceres, si reperissem?

LY. Non potes probasse nugas. I, redde aurum!

ST. Reddam ego aurum?

LY. Redde, inquam, ut huic reddatur.

ST. Unde?

LY. Quod modo fassus es,

v. 777. Pro *nimias*, R. 2, et C, *multas*, nimirum ex glossem. et sic H. 2, in marg: habet *miras*. —778. *Euclioni*, per crasin τρισυλλάβως pronuntiand. ne eum Bothio versum Asynartetum efficias. —780. *Manu*, non liquescit; et sic Noster HARE. Codd: autem omnes dant *te emittam manu*, servato ordine quem in versu priore dederunt.——781. H. 3, *geris*.——782. *Jam*, non liquescit. De *reperissem*, vide in v. 774.——784. *Redde*, non liquescit.—Tum quæ sequuntur varie in Mss. exhibentur. A plerisque tota sententia Lyconidi continuatur, et pro *unde*, vel *inde* vel *vide* legitur; Unus, H. 5, *Ah unde;* et Strobilo hæc verba tribuit. Non omnino absimile est quod dat Cod. B. b, *ut huic reddatur omne;* (fortasse *a me*, et hoc pene reposueram.)—Tum *quod* omnes, credo, vel plane vel contracte scriptum, nisi unus B. a, mendose *quodam modo fassus es*.

777. *Divitias nimias.*] Id est, amplas, largas, quo sensu *nimis* et *nimium* pro *valde*, Supra 22. 492.

779. *Apud me.*] Supra 200.

780. *Scelerum cumulatissume.*] Sceleribus coopertissime, sceleratissime. LAMB. Vid. Supra 587. Gloss.

781. *Abi, here!*] Jocantis et recusantis locutio. 'Out upon you! master; I know what you would be at.' Sic Ter. Ad. II. II. 12.

"*Abi*, nescis inescare homines."

784. *Huic.*] Euclioni nempe, cujus aurum fuisse dixerat in v. 778.

Esse in arca.

ST. Soleo hercle ego garrire nugas: ita loquor. 785

LY. At scin', quomodo?

ST. Vel hercle eneca, nunquam hinc feres a me.

* * * * * * * *

v. 786. *Eneca*, omnes, credo, præter B. b, ubi est *enica*, ut dedit Bo. Vid. Supra, v. 700.—*Nunquam hinc feres a me*, his verbis finitur hæc fabula in omnibus quos vidi Codd. et Nostr. et tribus Vindd. Pessime huc inseruit Bo: verba quædam a Nonio, tanquam hujus fabulæ, laudata.—Non male autem h. l. annotaverat Noster HARE, "In his desinit hæc Fabula, juxta omnes notæ melioris Codd. Quæ in Editis sequuntur supplementa sunt, non tantum spuria, sed Plauto maxime indigna. Ut vero hæc fabula in fine manca est, ita Bacchides ab initio; quæ cum hanc excipiat secundum literarum ordinem, nullus dubito, quin olim proxime post hanc collocata fuerit in antiquissimis Codd. quam et aliorum sententiam fuisse video: postea vero Bacchides ideo post Epidicum videntur collocasse, quod in Bacch. II. II. 36, [179. B.,] *Epidicus* laudetur." Hæc ille. Apud V. 1. 3, Aulularíam excipit Captivi; et sic plerique Nostri. V. 2, habet Casinam fabulam post Aulul. Sed de his vide Recensum Codicum in Prolegomenis Nostris.

786. *At scin', quomodo?*] Verba minandi vim habentia, de quibus Supra v. 8. Gloss. quæ cum sic intelligat servus, reponit, *Vel* (h. e. *etiam,*) *eneca*, sis, nunquam tamen reddam tibi quod petis.

* * * * *

En Fabulæ nostræ abruptam terminationem, reliquis jactura temporis in perpetuum deperditis. Hiatum quidem nonnulli explere conati sunt, additis duobus supplementis; quæ si quis operæ ducat legere, is adeat apud vel Bothii vel Varr: editiones. Recentiores pleræque recte, ut opinor, omiserunt, quibus me libentissime adjungo. Nam cum prius supplementum putide ineptum sit; et posterius, quanquam melioris illud quidem notæ, vix aliud tamen præ se ferat quam centonem quendam ex cæteris Plautinis fabulis confictum; satius mihi visum est ad has quam primum edendas festinare, quam diutius in hujusmodi nugis vel me, vel Plauti mecum sectatorem, detinere.

GLOSSARIUM

IN

AULULARIAM.

GLOSSARIUM

IN

AULULARIAM.

PROLOGUS.

2. LAR.] "*Deus,* nam putabant antiqui in omni familia Deum esse." COM. MS. Operæ erit semel citare quæ de his prolixius exhibet Comment. Brixiani Etc. in Ed. Parm. "Larem intelligimus Genialem deum. Unusquisque enim locus, immo et unusquisque hominum proprium sibi genium habet, sive larem: hoc est, deum; cujus suasu, quæ peragenda sunt rite et recte, percipiuntur. Dicti *Genii,* quia nobiscum *gignantur,* vel quia *genitos* tueantur: unde in genealogia nostra diximus, "Esse Lares geniosque volunt data numina bina Omnibus, et vitæ funeris atque duces." Etenim ita apud omnes ferme constat, duos unumquemque genios, sive *lares,* et ut vulgo aiunt angelos habere, vitæ suæ custodes, alterum bonum, alterum malum. Itidemque esse *familiarum* proprios quosdam."

4. Colo.] *Inhabit.* Pro *incolo;* Infra 655. Unde *inquilinus,* [quasi *incolinus,*] qui ædes *incolit;* PAR. Ita Cic. Nat. D. c. penult. "Qui has nobiscum terras ab oriente ad occidentem *colunt.*" Et sine casu, Nost. Pseud. 199. "Hunccine hic hominem *colere* pati juventutem Atticam."

5. Habet.] *Lives.* Pro *habitat.* Men. Prol. 69. G. "Ille geminus, qui Syracusis *habet.*"

7. Clam omnes.] *Unknown to every one.* Men. 78. G. "*Clam uxorem,*" &c.

8. Venerans me.] *Praying me; beseeching me.* Orans; quia precandi causa *venerari* solemus. Facc. Hor. Sat. II. ii. 124. "*Venerata* Ceres, ut culmo surgeret alto." et II. vi. 8. "Si *veneror* stultus nihil horum." (If I *pray for* none of these things.) Cic. Ep. Fam. VI. 7. "Qui multa *deos venerati sunt.*" Nost. Bacch. 139. "Saluto te, Apollo, *veneroque te,* Ne sinas." Rud. 220. "Venerem hanc *veneremur,* ut"...&c.

9. Avido.] *Avaricious.* "Avara natura." Com. Ms. Sic Infra 440.

13. Agri non magnum modum.] H. e. Macrum agellum. *Modum* autem pro *Mensuram.* Similem locutionem citat Lamb: ex Hor. Sat. II. vi. 1. "Hoc erat in votis *modus agri non ita magnus.*" Et Lucr. II. 1169. "Cum minor esset *agri* multo *modus* ante viritim."

15. Obiit mortem.] *Died.* Ter. Andr. I. iii. 18. "Is *obiit mortem.*" Infra 20. "*Obiit diem.*"

16. Ecquid.] *Whether in any respect; whether at all.* Alii autem *Ecqui,* pro *an in qua re;* quæ lectio a Gulielm: defenditur ex sqq. (v. 24.) "Ea mihi cotidie Aut *ture,* aut *vino,* aut *aliqui* (h. e. aliqua re,) semper supplicat." Sed Vide in Nott. Critt.

17. Honorem.] "*Honor,* sacrificium, litatio. Non. et all. h. t." Gloss. Cod. H. 6.

18. Impendio.] *Very much.* Facc. "Multo, valde, impense; ablativus casus adverbii more positus: quasi de re loquamur, quæ *impendio* constet." "Est ablativus excessus quo Plaut. et Terent. sæpe utuntur." Com. Ms. E. g. Ter. Eun. III. v. 39. "*Impendio* magis animus gaudebat mihi." &c. Cic. Att. X. 4. *ad fin.* "At ille *impendio* magis nunc odit senatum."

19. Impartire me honoribus.] Eadem constructio, Mil. 1050. "Non hic *suo seminio porculam quamquam impartiturus* est."

20. Item.] *So in return.* Par pari retuli. Com. Ms. Apud Nostrum *item* sæpe valet, *ita invicem.* Sic Amph. 69. "*Item* hostes contra legiones suas instruont." Men. 270. "*Item* huic ultro fit." (Accordingly.) Infra 184.

— Obiit diem.] Supra 15. Men. Prol. 62. G. "Quom ipse *obiit diem.*" qu. vid.

22. Pariter.] "*Similiter.* Non. Marc. all. h. t." Gloss. Cod. H. 2.

23. Mihi supplicat.] *Makes offerings to me.* Supplico, sensu *rem divinam facio;* Citat Facc: Cato R. R. c. 143. "Villica *Lari Familiari* pro copia *supplicet.*" h. e. rem divinam faciat.

— Cotidie.] Antiqu. pro *quotidie.* Men. 15. G.

24. Aliqui.] *With something or other.* Aliqua re. Mil. 1171. "Præcinctus *aliqui.*" Vide in v. 16. G.

25. Ejus honoris gratia.] *Out of regard to her.* Citat Noster Hare, Amph. I. ii. 24. [333. B.] "Alcumenæ hujus *honoris gratia.*"

28. De summo loco.] *Of high rank.* I. e. Summi generis. Liv. I. 34. "Tanaquil *summo loco* nata." Cic. Pro

Flacc. II. "Si quem *infimo loco* natum defenderem." Cæs. Bell. Gall. VI. "Pater familiæ *illustriore loco* natus." Sall. Cat. c. XXIII. "Q. Curius, natus *haud obscuro loco*." Ov. Met. VI. 7. "Non illa *loco*, nec origine gentis clara." Nost. Capt. Prol. 30. "*De summo loco* summoque genere militem." Pœn. 385. "Dives *de summo loco*." Etc.

31. De proxumo.] *Our neighbour*. Men. 692. "*Ex proxumo*." Infra 128. 354. Etc.

32. Ea gratia.] *For this reason; on this account*. Infra 223.

38. Conscia.] *Witness; privy to the secret*. Absolute sumpta; ut Hor. Sat. I. II. 130. "Miserum se *conscia* clamet." Cæs. Bell. Civ. 108. "Adjutores quosdam, *Conscios* sui." Tac. Germ. X. "Se enim ministros deorum, illos *conscios* putant." (Privy to their will.) Juv. Sat. III. 49. "Quis nunc diligitur nisi *conscius*?" XIV. 28. "*Conscia* matri Virgo fuit." Mart. Ep. VI. 50. 5. "Vis fieri dives, Bithynice? *conscius* esto." Cist. 318. "Fac me *consciam*."

---

v. 2. OCULIS EMISSITIIS.] *Prying eyes; peering.* Ab *emitto;* veluti se ejaculantur. FACC. Sic Bacch. 10. "Id est quod *emissitius* Fora, templa,.... quæsierit sedulo." (Inquisitively.) Mil. 981. "Viden' tu illam *oculis venaturam facere?*" (*Hawking eyes;* SHAKSP.) "Ita directis ut exire videantur." COM. Ms.

3. Nam cur?] *Pray* then *why?* Infra 5. Stomachose dictum. Vide Gloss. in Men. 150. "*Nam quid* modi futurum est illum quærere?" Et adde exemplis ibi citatis, Curc. 12. "*Nam quo* te dicam ire?" (*Pray* now *where?*) Bacch. 1087. "*Nam,* amabo, *qui* oves has adegit?" (*Who pray* has driven?) Notandum autem hæc verba vim maximam habere, ubi *nam* sententiam incipit, ut hoc loco: Aliquando etiam ubi per tmesin, aliis verbis interjectis, disjunguntur; E. g. Infra 96. 381. et Amph. 437. "*Quo* id, malum, pacto potest *nam?*" Bacch. 1079. "*Quid* tibi ex filio *nam,* obsecro, ægre est?" Quibus locis est *cum admiratione* interrogantis.

4. Malam ætatem.] Hæc verba pro *senectutem* poni observant Interpp. qui citant Men. 660. "Ut *ætas mala* est merx mala ergo!" Rud. 251. T. "Quid tu agis? A. *Ætatem haud malam* male." Sed hoc loco potest esse *malam* pro simpl. *miseram,* (That you may drag on a *miserable* existence as you deserve.) nam eadem est sententia Amph. 871. A. "Quo modo? M. Eo modo, ut profecto *vivas ætatem miser.*"

5. Nam qua causa?] *For what reason, pray?* Supra 3.

6. Stimulorum seges.] Vide Nott. et adde Capt. 878. "Ex hac *statua verberea* volo erogitare." Catull. Carm. 46. "Non si densior aridis aristis sit nostræ *seges* osculationis." pro larga copia basiorum.

7. Sis.] *If you please.* Pro *Si vis;* Infra 64. etc. ut *sultis,* pro *si vultis* et simill. Men. 264. G.

8. Ut incedit!] *How she creeps!* Infra 427. 475. Curc. 31. 293. Adde Hor. Sat. I. vi. 112. "Quacunque libido est, *Incedo* solus." (I lounge, stroll along.) Vide Men. 787. G.

— At scin' quomodo?] Hoc loco, ut et Infra 786, hæc verba aperte *minandi* vim habent. Sed recte observat Acidal. (quem citavit Bo: ad Amph. 200.) "Aliud alibi subintelligendum de proximis ubique verbis." Nam aliquando nihil plus valent quam *Audin', Ades, Credasne,* [Infra 263.] et simill. Græci dicunt, 'Αλλ' οἶσθ' ὅ μοι πεπονθέναι δοκεῖς; Arist. Eqq. 346. etc.

9. In manum] *Into my hand.* Vid. Men. 765. G. "Jam stimulum *in manum* est."

10. Testudineum gradum.] *Tortoise-pace.* H. e. Pigrum. A *testudine,* quippe quæ tardissime incedat. Simili sensu Nost. Men. 787. "Move *formicinum gradum.*" Et Pœn. 375. "Homines *spissigradissumos,* Tardiores quam corbitæ sunt in tranquillo mari." Amph. cit. Infr. "Sive is (gradus) grallatorius, Sive *testudineus.*"...

— Grandibo.] *I'll quicken.* Grandiorem, hoc est *majorem,* ideoque velociorem, faciam. Amph. [Sc. *Dii fidem,* etc.] v. 12. "Sed *grandire* condecet *gradus.*" et 53. "Non potuimus *grandius gradus grandire.*" Curc. 119. "*Grandiorem gradum* fac ad me." Epid. 11. "Ut tu es *gradibus grandibus!*" (How you stride away!)

11. Adaxint.] *Urge me; drive me.* Pro *adegerint,* Festus. At pro *adigant,* Non. Cap. II. 53. allato hoc textu. Sic *Faxis* pro *feceris,* seu *facias.* Men. 37. Infra 106. &c. Et Leg. XII. Tab. "Si falsum testimonium *dicassit,* (pro *dixerit,*) saxo dejicitor." Citat Lamb: Ter. Adelph. I. ii. 31. "Tu homo *adiges me ad insaniam.*"

12. Apud te.] *At your house.* Men. 697. Infra 44.

13. Sola secum.] Alibi hæc verba junguntur. E. g. Virg. Georg. I. 389. "Et *sola* in sicca *secum* spatiatur arena."

14. Effodiam.] *I'll knock out.* Infra 146. Men. 76. G. "*Oculum effodito* persolum." Capt. 394. "Huic die *oculos effodiam* lubens."

15. Observare.] "Curiose et suspiciter circum aspicere. Non M. all. h. t." Gloss. Cod. H. 6.

16. Etiam nunc.] *Further yet.* Sensu Græc. ἔτι.

— Ohe.] *Enough; there! stand.* Jam satis est. Hor. Sat. II. v. 96. "Donec *ohe* jam, Ad cœlum manibus sublatis dixerit." Ubi, ut h. l. prima syllaba *corripitur,* quæ plerumque *producta* legitur. Id: Hor. Sat. I. v. 12. "Trecentos inseris: *Ohe,* Jam satis est." Nost. Asin. 365. "Quis nostras sic frangit fores? *Ohe,* inquam, si quid audis!" (*Hold there,* I say.) &c.

17. Adesto.] *Stop, halt!* Pro *adsta.* Ut Infra 393; *Adesses* pro *adstasses.* Hor. Sat. I. IX. 38. "Paullum hic *ades.*"

18. Digitum transvorsum.] *A finger's breadth.* Nos dicimus, 'A hair's breadth;' 'a hand's breadth;' Citat GRON: *Lect. Plaut.* Cic. Att. VII. 3. *ad fin.* "Mihi certum est ab honestissima sententia *digitum* nusquam [recedere.]" Cato R. R. XLVIII. "Eo terram cribro incernito altam *digitum transversum.*" i. e. latitudinem digiti. Nost. Bacch. 388. "*Digitum longe* a pædagogo pedem ut efferres ædibus."

— Unguem latum.] *A nail's width.* Apul. Met. II. "Quod a se *ungue latius* digrederer." Nost. Mostell. 423. "*Pedem latum.*" (A foot's breadth.) Adde ex GRON: supra cit. Cic. Att. XIII. 20. "In omni vita sua quemque a recta conscientia *transver-*

sum unguem non oportet discedere." Fam. VII. 25. "Urge igitur, nec *transversum unguem* (quod aiunt) a stylo."

19. **Donicum.**] Pro *donec*. Sæpe apud Nostrum, et Lucret.

20. **Discipulam cruci.**] "Ergo *crux* erit magister." Com. Ms. Vide Nott. Sic Mil. 183. "Nisi nos volt Propter amorem suom *crucibus contubernales* dari."

22. **Nimis.**] Noster passim pro *valde*. Men. 5. G. Infra 67.

23. **Verba duit.**] Defraudet. Men. 55. G. Ad nostrum locum facit Aul. Gell. XVII. c. 11. qui citat ex Q. Claudii Annal. "Cominius qua escenderat descendit, atque *verba* Gallis *dedit*:" in quem locum observat Gell: "Verba Cominium dedisse Gallis dicit, *qui nihil quicquam cuiquam dixerat;* neque eum Galli, qui Capitolium obsidebant, escendentem viderant; sed *verba dedit* haud secus posuit, quam si tu dicas, *latuit atque obrepsit.*"

— **Imprudenti.**] *Unawares.* Cum non *videam.* Infra 749. De hac voce fuse in Men. 326. G. diximus.

— **Duit.**] Vett. pro *det*. Men. 184. G. Infra 195. 626.

24. **Persentiscat.**] *Smell it out; Scent it.* Cognoscat.

25. **Occipitio.**] *Back of her head.* Ab *occipitium*, id. qu. *occiput*, (h. e. *ob caput*,) posterior pars capitis.

26. **Visam.**] Differt hoc verbum a *videam*, quod semper *eundi* simul cum *videndi* significationem exprimat. Sic *provisam*, Men. 606. G.

28. **Mecastor.**] Jusjurandum feminis usurpatum. Men. 130. G.

30. **Comminisci.**] *Imagine; conceive.* Excogitare. Men. 356. "Fingere, imaginari." Com. Ms.

31. Die uno.] In tironum gratiam operæ fortasse erit semel observare, *Dies*, ubi *masculino* genere usurpatur, plerumque de uno aliquo et finito die dici: ubi autem *feminino* genere, tum longius tempus et indefinitum maxime significare. Exempla erunt, Nost. Men. 80. "*Dies* quidem ad umbilicum est *dimidiatus mortuos*." (This day,) nempe, hodiernus et præsens dies. Contra, Hor. A. P. 293. "Carmen reprehendite, quod non *Multa dies* et multa litura coercuit." Ubi vel *nonus annus* intelligitur. Juv. Sat. X. 265. "*Longa dies* igitur quid contulit?" De Priami senectute. Non negandum tamen est quin ex hoc usu interim discesserint vel optimi scriptores, neque iidem omnino sibi ipsis constent. Id vero, ni fallor, pro certo habeas, *diem* in *masculino* genere nunquam pro tempore aliquo indefinito usurpari.

32. Intemperiæ.] *Frenzy; craziness.* Id. qu. insaniæ: dictum est eo quod quis *temperare sibi nequit.* Epid. 467. "Quæ te *intemperiæ tenent?*" Mil. 435, &c. Infra 596.

— Tenent.] *Possess him.* Men. 790. G.

33. Interdius.] Id. qu. *interdiu.* Semper apud Nostrum.

36. Appetit.] *Approaches.* Instat. Liv. V. 44. "Ubi nox *appetit.*" Cæs. B. G. VI. 35. "Dies *appetebat* septimus." Quint. Inst. II. x. *init.* "Jam fere tempus *appetet* aggrediendi."

38. Unam.] Τὸ *unam* παρέλκει. PAR. qui citat, Most. 671. "Nec quidem esca *una* me juverit magis." 965. "*Unum* vidi mortuom efferri foras." Adde, Infra 526.

— Litteram longam.] Citat TAURM: J. Lips. De Recta Pron. L. L. c. VIII. Cujus verba sunt; "Littera I non, ut cæteræ, geminatur aut apice [Vid. Men. 38. G.] insignitur: sed *productior fit, et longitudine quasi dupla.* Exempli causa, PIso, VIVUS, ÆDILIS; Ideo κατ' ἐξοχὴν inter omnes litteras hæc proprie dicta *longa.* Plau-

tus jocum captavit....de ista, quæ sola inter grandes et Romanas illas litteras (nam hæ minutæ olim ignotæ) super cæteras eminuit, et forma ipsa *pensilem prætulit ac porrectam.* Hac eadem mente Ausonius, Epigr. 120. in ligurritorem Eunum scripsit, "Quid imperite P putas ibi scriptum, Ubi locari IOTA convenit LONGUM?" Nam *suspendio* censet eum dignum." Videsis Funcc: De Vir. Æt. Ling. Lat. Cap. VIII. §. IX.

39. Obstrinxero.] *Shall have tied.* Infra 258. Amph. 801. "Amphitruonem *collo* hinc *obstricto* traham."

40. Defecato.] *Settled.* NON. cap. VI. 37. "*Defæcata,* omnia pura et inturbata, et sine sordibus possumus dicere, ut vinum sine fæcibus." GRON. Lect. Plaut. citat Macrob. Somn. Scip. I. 8. "Purgati jam *defæcatique animi,* et ab omni mundi hujus aspergine pressi, pureque detersi." Nost. Most. 154. "Me rear esse *defecatam.*" Pseud. 760. "Quidquid incerti mi in animo prius aut ambiguom fuit, Nunc liquet, nunc *defecatum* est." Mart. Ep. VIII. XIV. 4. "*Sine fæce* diem;" pro die sine nive, pluvia, grandine, et illis quæ liquidum aeris conturbant. Hæc ille: quibus addas, Ov. Met. I. 68. "Liquidum, et gravitate carentem Æthera, nec quidquam *terrenæ fæcis* habentem." i. e. impuritatis. Nost. Epid. 632. "*Animo liquido* et tranquillo es." Pseud. 226. "*Liquido* es *animo.*" h. e. "Purgato molestiis et liberato." COM. Ms.

42. Serva.] Pro *custodi.* Cist. 105. "Hanc sinas *servare* apud me." i. e. Custodis partes agere. (To keep house.) Ov. Met. I. 684. "Junctisque canendo Vincere arundinibus *servantia* lumina tentat." (Keeping guard.)

44. Apud nos.] *In our house.* Supra 12. Infra 296.

— Quæsti.] Vetus genitivus pro *quæstus.* Infra 678. *Gemiti.* Cas. 427; et Epid. 182; *Senati,* pro *Senatus.* &c. Nonius, cap. VIII. inter alia citat, *Victi* pro *victus; æsti* pro *æstus; sumpti; exerciti; adspecti; lucti; salti; parti,* pro *partus.*

45. Araneis.] *Cobwebs.* Ov. Met. IV. 179. "Non illud opus tenuissima vincant Stamina, non summo quæ pendet *aranea* tigno." (The spider's *web.*) Citat LAMB: Catull. ad Fabull. C. XIII. "Nam tui Catulli *Plenus* sacculus est *aranearum.*"

46. Mirum, quin...] *Strange, that he does not...* Comica dictio ironiis serviens: PAR. qui plurima exempla ex Nostro citat; satis erit conferre, Amph. 598. "*Mirum, quin* te advorsus dicat." (Strange indeed, that your own servant should not contradict your assertion.) Cist. 460. "*Mirum, quin* grex venalium in cistella infuerit una." (Odd, if there be not...)

47. Trivenefica!] *You hag of hags!* Interpr. Angl. Sic Infra 281. *Trifurcifer.* Nam *Tri* auget significationem. Sic Græce τρίδουλος, τριγέρων, τρίπαλαι, [Arist. Eqq. 1153.] etc.

49. Patior.] *I submit.* Men. 592. G.

54. Extempulo.] *Forthwith.* Antiqu. pro *extemplo.* (nam *tempulum* pro *templum* dicebant, ut *seculum* et *seclum, nuculeum* et *nucleum,* [Curc. 55.] *periculum, periclum,* &c.) Cæterum de hujus vocis Etymologia citat PAR: Meursii sententiam, "Nihil est aliud *extemplo* quam *ilico* adverbium: quod *e loco* interpretantur Grammatici: [Men. 359. G.] *Templum* enim antiqui accipiebant pro loco patulo et conspicuo, vel ex quo in omnes partes circumspici posset." Addit FACC: hunc citans, "Itaque ut *e vestigio* dicimus pro *statim;* ita *ilico* i. e. *e loco,* et *extemplo.* Porro hac ratione ab auguriis fortasse traxit originem, in quibus augures, auspicio impetrato, *continuo ex templo capto discedebant,* deum exploratam voluntatem nuntiaturi."

56. Pistillum.] *A pestle.* A *piso,* (To pound.)

— Mortarium.] *A mortar.* "In quo teruntur quæ solvenda sunt." Non. c. XV. all. h. t. Ducunt Etymoll. vel a *mo-*

retum, genus cibi intritum; vel quod ibi semina jam in pulverem redacta et *Mortua* condiantur. (Isidor. Orig. Lib. IV. c. XI.) Neutrum placet.

57. Utenda rogant.] *Ask the loan of.* Infra 266. 354. Men. 559. G. "Non condonavi; sed sic *utendam dedi.*" Mil. 350. "Ego meos oculos habeo, nec *rogo utendos* foris." (Have not to go abroad to borrow others.)

— Semper.] *For ever.* Sensu Græc. ἀεί. Cic. Verr. V. 12. "Omnes Siciliæ *semper* Prætores." Nost. Cist. 11. "*Semper* ut meminerimus." (From time to time.)

60. Prædico.] *Forewarn.* Penult. longa. ut sit tertiæ conjugationis.

64. Occlude, sis.] *Please to shut.* Supra 7.

65. Pessulis.] Græce μοχλός. Ter. Eun. III. v. 55. "*Pessulum* ostio obdo." Hinc *oppessulatus,* pessulis obditus. Vox optime derivari videtur, (non, ut quidam aiunt a πάσσαλος,) sed a *pedibus,* [ut *pessum datus, sub pedibus* datus, Vid. Infra 552.] quasi *pedes* sint, quibus fores firmentur et stabiliantur, veluti pedibus stabilitur corpus. Ita Brix: in h. l. Cæterum ex Nostr. Curc. 150—154; apparet, pessulos *infra* in limen descendere, unde, cum fores aperiebantur, *sursum* tollebantur: Verba sunt Amantis, ostium amicæ salutantis, "*Pessuli,* heus, *pessuli*...Fite causa mea *ludii barbari; subsilite,* obsecro, et mittite istanc foras." (Spring up; leap out of your sockets.)

66. Discrucior animi.] Vetusta locutio. Sic Epid. 382. "Cœperam me *excruciare animi.*" Et 320. "Qui te *angas animi.*" Et 133. "Desipiebam *mentis.*" Hinc cum adjectivis orta est constructio, Æn. IV. 203. "Amens *animi.*" et 529. "Infelix *animi.*" et simill.

69. In viros.] Viritim. κατ' ἄνδρα. Ut Pseud. 434. "Populo *viritim* potuit dispartirier."

72. Hominem pauperem.] Sic "Homines captivos." Men. 5. G.

74. Nunc.] *Even now.* Subaud: *quoque.* Sic Ov. Met. I. 58. "Vix *nunc* obsistitur illis, *Quum* sua quisque regant."...

77. Consistunt.] *Stand talking with me.* Cist. 424. "In hoc jam loco cum altero *constitit.*" Curc. 503. "Nec quisquam vobiscum in foro frugi *consistere* audet."

— Copulantur dexteras.] *Shake hands with me.* Græce δεξιώσασθαι. Æsch. Agam. 825. Cæterum notandum, *Copulantur* dep. pro *copulant* usurpari; quod notat Non. Marc. all. h. t.

80. Quantum potero.] *As quick as I can.* Men. 340. Asin. 141. "Remigio veloque, *quantum poteris,* festina."

84. Haud falsa sum.] *I am well aware.* Haud me fallit. Men. 657. "Id quam facile sit, *haud sum falsus.*"

— Odiosas.] *Troublesome; offensive.* Men. 230. G.

92. Mussari.] *Reticeri.* Sic Festus, qui citat Ennium, "Non decet *mussare* bonos." Hoc sensu plane Noster, Mil. 313. "Quicquid hercle est, *mussitabo* potius, quam interream male." et 478. "Ergo, si sapis, *mussitabis.* Plus oportet scire servom, *quam loqui.*" Nonius autem ait esse "hominum occulte, et depressa voce loquentium, quod celatum velint:" citans Virg. Æn. XI. 344. "Se scire fatentur, Quid fortuna ferat populi, sed dicere *mussant.*" Cæterum ejusdem est etymologiæ qua *muttire,* [Men. 613. G.] nempe quia tales ne *mu* quidem plane proferant.

96. Quis ea nam.] De hac tmesi Supra v. 3. Notandum autem *quis* pro *quæ* antiquitus dictum. Sic Infra 127. Cist. 66. "Neque *quisquam* alia mulier." Et 338. "Mulier, *quisquis* es." Mil. 437. 960. Et quidem passim.

97. Equidem.] Cum sic in omnibus fere Codd. legitur, retinendam hanc vocem censui, quæ quamvis plerumque *ego quidem* significet, sensu tamen simplicis *quidem* apud optimos scriptores reperitur. Bis in Satiris suis hac significatione usurpavit Persius; Sat. I. 110. V. 45. et exempla alia, si quis quærat, Lexica suppeditabunt.

101. Amabo.] *I beg you.* De hac formula Men. 291. G.

102. Sis.] Supra 7. 64.

106. Faxint.] *Faciant.* Vide Supra 11. Infra 745.

107. Domum ducere.] Integra locutio; nam plerumque *ducere* hoc sensu per se legitur. Vide Men. 41. G. Infra 434.

111. Heia.] *Come now!* Hoc loco videtur esse cum exprobratione rogantis. Vide Men. 290. G.

— Face.] *Fac.* Men. 840. G. Infra 406. *Introduce.* Rud. 42. *Dice* pro *dic.* etc.

113. Perendie.] *The day after to-morrow.* Die adhinc tertio. Quasi *perempto die.* Merc. 369. "Cras agito, *perendie* agito." Trin. 1154. "Tu *in perendinum* paratus sis ut ducas." Hinc formatur *Comperendino,* (To adjourn to the *third day,*) Cic. Verr. II. c. 11.

114. His legibus.] *On these terms.* Hac conditione. Infra 211. Orta est locutio ex *legibus venditionis.* Ter. Andr. I. ii. 29. "*Hac lege* atque omine." &c.

— Cedo.] *Give me.* Da. De hac voce Men. 114. G.

— Adorna.] *Prepare; get ready.* Para. Sic Cas. 310. "Intro abi, uxor, atque *adorna nuptias.*" Epid. 354. "Is *adornat,* ut maritus fias." (He is making preparations.) 678. "Tragulam in te injicere *adornat.*" Rud. 47. "Quique *adornavit* sibi, Ut rem divinam faciat." Ib. 1108. Ita Noster Gray. *The Bard.* "The verse *adorn* again." Infra 741. "*Exornatis nuptiis.*"

116. Grandior natu.] *Getting old.* Sic Infra 148. 171. Ubi per se *grandis* hoc sensu, omisso *natu,* legitur. Juv. Sat. VII. 210. "Jam *grandis* Achilles." Contra "*Parva natu;*" Pers. 349.

— Ætas media.] Ita nos, *A middle aged woman.* Citat LAMB: Cic. De Senect. 48. "Sunt et ineuntis adolescentiæ certa studia, num ea jam constans requirit ætas, quæ dicitur *media?*"

120. Prægnantem.] Alii *prægnatem,* Vide Nott. Critt. et quidem Vett: *prægnas, atis,* dicebant. Sic Amph. 571. "*Prægnati* oportet ad malum malum dari." Ter. Hec. IV. iv. 18, 19. &c. Cæterum formatur vox quasi *prægenans,* a *geno,* gigno. Differt, ait Festus, a *gravida:* Nam hæc est, "quæ jam *gravatur* conceptu: *prægnans,* velut occupata in generando, quod conceperit."

— Fortuito.] H. l. Pronuntianda est hæc vox penult: producta, ut in Hor. Od. II. xv. 17. "Nec *fortuitum* spernere cespitem." Phædr. Fab. II. iv. 4. "Tum *fortuitum* Felis contubernium." ... Aliter, quasi trisyllaba sit, per synæresin duabus mediis in unam syllabam coactis, pronuntianda est: E. g. Juv. XIII. 225. "Non quasi *fortuitus,* nec ventorum rabie." Hoc ab analogia τοῦ *Pituita,* [Hor. Ep. I. i. 108. &c.] probatur.

121. Postumus.] Sic recte scribitur; non *posthumus;* est enim a *post,* (non, ut vulgo dicitur, *post humatum patrem natus,*)

sed sensu, *postremo loco.* Audi quæ de hac voce disputat A. Gell. in memorabilem locum, Æn. VI. 763. sqq. "Silvius,...tua *postuma* proles: Quem *tibi longævo* serum Lavinia conjux Educet silvis." Ad quæ Gell: laudat Cæsellium quendam sic interpretantem, "*Postuma proles* non eum significat, qui patre mortuo, sed qui *postremo loco* natus est; sicuti Silvius, qui, *Æneæ jam sene,* tardo seroque partu est editus." Notat PAR: in Lex. Pl. scriptam esse vocem *sine aspiratione* in argenteo numo Romano quem se penes haberet. Denique Noster HARE, cujus verba omnia exscribam, "Festus in *posthumus,* "paratum his nomen pueris *posthumi*;" et in vers. priore *fortuito.* Codd. vero *postumus,* sine aspiratione, et sic fere Eruditi scribendum contendunt, sed de Etymologia dissentiunt; antiquitus enim est, *post humatum patrem natus*; Sic Festus, *post patris mortem natus.* Eutych. p. 2311. [De aspiratione.] "Exceptis paucis corruptis, quæ excludunt penitus spiritum, ut *postumus* post humatum, i. e. sepultum, patrem natus." Recentiores autem non ab *humo* dictum volunt, sed a posterus, ut ab *inferus, infimus;* [*extra, extimus; intra, intimus*; &c.] Ego vero utramque etymologiam veram puto, pro diverso quo accipitur sensu; *postremus* enim, et *post patris mortem natus,* sensu longe sunt diversa." Ita ille, cui tamen haud assentio; *Postumus,* est *postimus;* ut *extumus* et *extimus, maxumus* et *maximus,* scribuntur. Vera igitur Gellii interpretatio, nimirum tamen vox *postumus* etiam ad eum refertur qui *post patrem mortuum* natus est, (Posthumous), nam talis vere est *post* editus; nihil autem pertinere ad *humum* aut *humatum* contendimus.

122. Degam.] *Will remove. De agam,* detraham. "*Degere* pro *minuere,* Non. Marc. allato hoc textu." Gloss. Cod. H. 2. Idem citat, Epid. 63. "*Degetur* corium de tergo meo." (Will be flayed;) pro *detrahetur.* Sed utroque loco falli censet Noster HARE, qui *demam* reponit. Cæterum similiter *cogo* est pro *coago,* (unde *coactus,*) a *con ago.*

123. Virtute deum.] *By God's blessing.* Vide Nott. Sic Cas. 309. "*Pietate* factum est *mea*, atque *majorum meorum!*" Mil. 674. "*Deum virtute*, adeuntem hospitio accipere apud me copia est." Trin. 316. "Edepol, *deum virtute*, et majorum, et tua, Multa bona habemus." Pseud. 576. "*Majorum meorum* fretus *virtute* dicam." Addit Noster HARE, Capt. II. II. 74. [254. B.] ubi versus hic integer habetur.

124. Factiones.] *Party influence; wealth; or rank.* Nonius, qui hunc locum citat, "*Factio* significat *opulentiam, abundantiam*, et *nobilitatem.*" Infra 184. "Te esse hominem *divitem, Factiosum.*" Cist. 222. "Neque nos *factione* tanta, quanta tu, sumus." (Of such *high family.*) Cœcil. cit. ap. A. Gell. II. 23. "Nam opulento famam facile occultat *factio.*" (Interest.)

— Dapsiles.] Vox Græca δαψιλής, *largus.* Most. 947. "Alios *dapsiles* sumptus facit." In Pseud. 390, "Largitus dictis *dapsilis*;" quidam pro ablat: ab alia forma *dapsilus*, sumunt: sed videtur potius esse nominativus, adverbialiter sumendus.

125. Eburata.] *Inlaid with ivory.* Ebur, eburis, antiqu: pro eboris. Cæterum est *eburatus*, ebore inductus, ut aur*atus*, æra*tus*, alb*atus*, candi*datus*, purpur*atus*, &c. cre*tatus*, Juv. Sat. X. 66. Mostell. 282. "Purpu*rata* mulier." Stich. 354. "Lectos *eburatos*, auratos."

— Pallas.] Men. 54. "*Palla* est honestæ mulieris vestimentum. Non. Marc." Gloss. Cod. H. 6. Sic dicta "quod *palam* et foris gerebatur;" Varr. Ling. Lat. IV. 30. Virg. Æn. XI. 576. (De Camilla.) "Pro longæ tegmine *pallæ*, Tigridis exuviæ per dorsum a vertice pendent." Hor. Sat. I. II. 99. "Ad talos stola demissa, et circumdata *palla.*"

126. Nil moror.] *I don't care for.* "Formula" ait PAR: *Lex. Pl.* "qua utimur, cum quid quasi respuere et contemnere,

vel certe non magnopere desiderare velle videmur." Passim usurpavit Noster. Orta est phrasis ex eo, quod quæ vel admiramur vel in pretio habemus in iis *morari*, i. e. hærere diutius solemus.

127. Quis.] Pro *quæ*. Supra 96. G.

130. Desponderi.] De hujus vocis Etymologia videsis Men. P. 35. G. ubi Varronis super ea re laudatur sententia.

134. Eccum.] *Ecce eum*. Men. 33. G.

135. Præsagibat.] *Had a presentiment*. Ἀρχαϊκῶς. PAR. Paulus in Fest: "*Præsagire* est prædivinare, præsipere. *Sagax* enim est acutus et solers." Citant Interpp: Cic. De Div. Lib. I. "*Sagire*, sentire acute est; ex quo *sagæ* anus, quia multa scire volunt; et *sagaces* dicti canes. [Curc. 112. "*Sagax* nasum habet."] Is igitur qui *ante sagit*, quam oblata res est, dicitur *præsagire*, h. e. futura ante sentire." Apud Nostr. Bacch. 641; est verbum depon: "Animus jam istoc dicto plus *præsagitur* mali."

136. Curialium.] *Fellow-wardsmen*. Qui ejusdem sunt Curiæ. Φράτορες. Ita *tribules* a *tribus* dicti. Vide Supra in v. 68. Nott.

140. Quid tu?] Vide Nott. Infra 342.

141. Non temerarium.] *Not without a reason*. Infra 578. Sic Ter. Phorm. V. VIII. 9. "*Non temere est*, quod tu tam times." Epid. 702. "Hei, *non* illuc *temere est*."

142. Illic.] *Ille*. Men. 22. etc.

144. Animus æquos.] *Content*. Æquanimitas. Hor. Ep. I. XI. 30. "*Animus* si te non deficit *æquus*."

146. Præcidam.] *Will cut off*. A *præ et cædo*; priorem partem linguæ exsecabo. Cas. 295. "*Præcide* os tu illi hodie."

Mil. 1260. "Dum te obtuetur, interim *linguam* oculi *præciderunt*." (Have struck her dumb; robbed her of her tongue.)

148. Grandem.] *Grown up*. Subaud. *Natu*. Supra 116.

— Dote cassam.] H. e. *carentem* dote; indotatam. PAR: *Lex. Plaut.* "*Cassum*, ut *caritum* a *careo*." Hinc Lucr. III. 563. "*Cassum anima* corpus." IV. 368. "Aer *cassus lumine*." Laudat Gloss. Cod. H. 6, Nonii verba, qui h. l. citat; "*Cassum, Inane*, veteres posuere; et arbitrandum est ejus verbi proprietatem magis ab aranearum *cassibus* derivari, quod sint leves ac nullius ponderis; non, ut quibusdam videtur, quasi *quassum*." Sed nec hæc etymologia spernenda, (litera *c* pro *qu* posita, ut in cocus pro co*qu*us, etc. Men. 15. G.) Et cum hoc sensu bene congruere videntur "*Cassa* nux," Pseud. 365. "*Cassa* canna," Ov. Fast. VI. 406. &c. Sed melior, credo, Parei ratio.

— Illocabilem.] *Unmarriageable*. Ἀνεκδόσιμον. Quæ nuptui collocari nequit. PAR. Vide in v. prox. *locare*.

149. Locare.] *Nuptum dare*. "Marito dare, Non. Marc. all. h. t." Gloss. Cod. H. 6. Sic Infra 185. Cist. 290. "Ubi tu *locere* in luculentam familiam." Trin. 751. "Ubi erit *locata* virgo in matrimonium." Ter. Phorm. IV. VI. 25. "Nuptum virginem *locavi* huic adulescenti." Tac. Agric. c. IX. fin. "Filiam mihi despondit, ac post consulatum *collocavit*."

151. Inhiat aurum.] Sic, Mil. 1188. "*Inhiat* quod nusquam est, miser." Trin. 148. "Adesurivit magis et *inhiavit* acrius Lupus." Hor. Sat. I. I. 71. "Congestis undique saccis Indormis *inhians*." (Gasping.) Cæcil: ap. Gell. II. 23. "Dum ejus mortem *inhio*." (anxiously look for.) Cæterum notanda constructio cum *accus.* pro vel *dativo*, vel cum præpos: *in* aut *ad*. Sic. Hor. Epod. XVI. 11. "Barbarus heu *cineres insistet* victor." Curc. 379. "Si magis *me instabunt*." Et passim apud Nostrum.

154. Onerat zamiam.] Gron: citat Salmas. "*Onerare zamiam* est id, quod ait Brutus, Cic. Ep. Fam. II. 13. "Injungere detrimentum." *Onerari* autem non tantum dicitur res, (verbi causa, *navis*,) quæ accipit onus, sed etiam illud ipsum quod imponitur, sive *onus ipsum*. Græci vocant ἐμβάλλεσθαι. Sic *onerare zamiam* est inferre, imponere jacturam; ut *onerare vinum*, imponere vinum. Virg. Æn. I. 195. "Vina bonus quæ deinde cadis *onerarat* Acestes."

155. Polypos.] Gloss. Cod. H. 2. "Piscis marinus multos habens pedes seu brachia, quasi πολλοὺς πόδας ἔχων, quibus apprehensum tenet quicquid nactus est; colorem mutat ad loci similitudinem reique subjectæ, et maxime in metu." Prior autem syll: producitur, ab Attica voce πούλυπος, pro πολύπους; Hoc loco ad *hominem rapacem*, quales plerumque sunt isti divites et factiosi, per metaphoram transfertur; hi enim quicquid semel concupiverint, haud temere amittunt, quin in potestatem suam redigant, et ibi tenacissime conservent. Ov. Met. IV. 366. "Sub æquoribus deprensum *polypus* hostem Continet, ex omni dimissis parte flagellis."

157. De communi re.] *A common concern.* Citat Lamb: Hor. Sat. II. vi. 36. "*De re communi* Scribæ magna atque nova te Orabant hodie meminisses, Quinte, reverti."

158. Intus.] *From within.* Men. 135. G. Adde Cas. 242. "Exit foras Chalinus *intus*." Pseud. 603. "*Intus* evocabo aliquem foras."

— Harpagatum.] *Seized; plundered.* ἥρπασται, ab ἁρπάζω, unde Lat: *harpago*, rapio. Pseud. 136. "Rape, clepe, tene, *harpaga*." et 957. "Nihil etiamdum *harpagavit*, præter cyathum et cantharum." Hinc et nomen proprium Harpax in quo jocatur Noster Pseud. 651. sqq. "Apage te, Harpax! haud places. Huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid *harpax feceris*." (i. e. ne quid *harpagaveris*.) Est et subst. *harpago*, (A grapple,) a Græco

ἁρπάζω. Trin. 218. "*Harpago,* mendax, avarus." Ubi metaphorice sumitur.

159. Intervisam.] *Must go in and look.* Infra 317.

162. Rebitur.] *Will suppose.* Existimabit. A *reor.*

163. Paupertate.] Pro *pauperibus.* Vide Nott. Sic Sallust. Cat. c. LIII. "Eoque factum, uti divitias *paupertas,* multitudinem *paucitas,* superaret." Pro *pauperes,* et *pauci.* Ib. Jug. c. IV. "Homines novi, qui soliti erant *nobilitatem* antevenire." Pro *nobiles;* (The nobility.) Et c. V. "Tum primum superbiæ *nobilitatis* obviam itum est." Bis in. c. XIII. Item c. XXX. &c. Adde *Servitia* pro *servos,* Sall. Cat. XXIV. Et *Auxilia* pro *Auxiliares,* Nost: Cist. 200. *Juventus* pro *juvenes,* Men. I. Curc. 38. Etc. Infra 344.

164. Perit.] Perf. *periit.* per crasin. Ut Juv. Sat. VIII. 86. "Dignus morte *perit.*" h. e. *periit.* (*Hath perished.* Is to be considered virtually as dead.)

170. Fide.] *Character.* Men. 475. "Res magis quæritur, quam *fides,* Quojusmodi clueat."

172. Mala malitia.] Id. qu. *dolo malo.* Et omnino recte *mala* adjicitur; ut in Pseud. 578, "*Malitia fraudulenta;*" nam apud Comicos haud raro *malitia,* sensu *calliditate* seu *arte,* (nec illa tamen improba,) usurpatur. E. g. Ter. Phorm. IV. III. 54. "Utrum stultitia facere ego hunc an *malitia* Dicam, scientem an imprudentem, incertus sum." (By design.) Nost. Epid. 537, "Muliebris mi adhibenda est nunc *malitia.*" (I must have recourse to feminine cunning.) Et 720. "Hic is homo est, qui libertatem *malitia* invenit sua." (His adroitness.) Cic. Att. XV. 26. "Tua *malitia.*" (Shrewdness.) Citat nostrum locum Non: cap. VI. 38. et ait, "*Malitiam* veteres, ut dolum, mediam ponendam esse duxerunt, quasi sit et *bona.*"

184. Factiosum.] *Powerful; influential.* Opulentum; et re et amicis pollentem. Vide in voc. *Factiones,* Supra 124. G.

— Item.] *On the other hand.* Contra. Supra Prol. 20.

185. Locassim.] *Give in marriage.* Pro *locaverim.* Infra 540. 562. De verbo *locare* hoc sensu adhibito, Supra 149. G.

187. Ferre pariter.] Phrasis orta ex bobus seu equis sub eodem jugo trahentibus. Translate refertur ad vitæ miserias et labores una tolerandos: Hor. Od. I. xxxv. 26. "Diffugiunt cadis Cum fæce siccatis amici, *Ferre* jugum *pariter* dolosi."

189. Meus ordo.] *Those of my own rank*; or *class.* Cist. 23. "Decet *hunc* esse *ordinem* benevolentes inter sese." Et 34. "Ita *nostro ordini* palam blandiuntur."

190. Divorti.] *Divorce.* Divortii; a *diverto.*

— Fuat.] Pro *Sit.* Nam Veteres dicebant *fuam, as, at,* pro *sim* vel *fuerim.* "Docent Grammatici esse ab antiquo *fuo* pro *sum,* a φύω." Facc. Infra 380.

191. Mordicibus.] *With their teeth.* Pro *dentibus;* quasi a nominativo, *mordices, -um.* Ita plures Edd. et Mss. nonnulli, Vide Nott. Critt. Sed haud displicet Gruteri conjectura *mordicitus,* adv: id. qu. *mordicus.* At Non. Marc. Cap. II. 549. "*Mordicibus,* et *mordicus* pro morsu, pro morsibus. Plaut. Aulul. "Asini me *mordicibus* scindant, boves incursent cornibus." Cic. Acad. Lib. III. "Perspicuitatem, quam *mordicus* tenere debemus, abesse dicamus."" Vide in *mordicus,* Men. Gloss. 112.

194. Conditionem.] De re uxoria dictum; ut passim apud Nostrum. Infra 430. Stich. 31. 98. &c. Truc. 810. "Dicam ut aliam *conditionem* filio inveniat suo." Ter. Andr. I. 1. 52. "Acce-

pit *conditionem.*" Multa alia exempla contulit PAR: in Lex. Plaut. Usurpavit etiam Noster de amoribus meretriciis, Mil. 944. "*Conditio* nova luculenta." (An assignation.)

195. Duas.] *Des.* Supra 23.

198. Fiat.] *So be it.* Ita plerumque Noster, ubi fortasse *futurum* exspectaveris. Exempli loco erit Pseud. 554. "S. *Fiat.* C. *Geratur* mos tibi." Pro *fiet,* et *geretur.* Sed Vide Infra 219. in Nott. Critt.

200. Confodere.] Vide in Nott. Cæterum hujus constructionis, utcunque usitatæ, ne quis posthac in ea hæreat, operæ pretium erit exempla quædam semel conferre: et ex uno Virgilio, (ne longius peterem,) ut amantissimo vetustatis, sumenda censui. Æn. II. 185-6. "Hanc tamen immensam Calchas *adtollere* molem, Roboribus textis, cœloque *educere, jussit.*" (Bid *them* raise...) Æn. III. 472. "Classem velis *aptare* jubebat." (Bid *them* fit out.) Æn. V. 385. "*Ducere* dona *jube.*" (Bid *them* bring.) Ib. 773. "Tempestatibus agnam *Cædere* deinde *jubet, solvi*que ex ordine funem." Ubi gemina est constructio. Ita Græce, Hom. IL. I. 347. "Δῶκε δ' ἄγειν." pro ἄγεσθαι.

201. Fastidit mei.] Sic. Stich. 311. "*Mein' fastidis,* propudiose?" Lucil. Sat. Lib. VII. (quem citat LAMB. ex Non: Cap. IX. 3.) "Tristes, difficiles sumu', *fastidimu' bonorum.*"

204. Congrediri.] Pro vulg. *congredi.* Sic Asin. 105. Rud. 578. 589. *Moriri,* pro *mori.* Ov. Met. XIV. 215. "Mortemque timens, cupidusque *moriri.*"

205. Periit.] *Is lost.* Men. 123. G. Infra 292. 298. Adde Juv. Sat. III. 124. "*Perierunt* tempora longi Servitii." (Have all gone for nothing.) Plin. Epist. Lib. III. 5. "Nam *perire* omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impertiretur." (Considered as thrown away.)

206. Elinguandam.] Lingua privandam.

207. Auctor sum.] *I authorise you.* Suadeo, et in me recipio. Pœn. 18. "*Auctor sum;* sino." Hinc Subst. *auctoritas* in eum refertur qui aliquid suo periculo sancit.

209. Senecta ætate.] *Senectute.* Sic passim Noster. E. g. Cas. 133. "*Senecta ætate* unguentatus incedis?"

— Quem ludos facias.] Pro *ludifices.* Men. 314. G. Rud. 498. "Miris modis dii *ludos faciunt* hominibus." (ubi cum dativo construitur.) Amph. 417. "Qui *ludos facis me.*" Active et passive, Pseud. 1165-6. "Exploratorem hunc *faciamus ludos,*... donicum ipsus sese *ludos fieri* senserit."

215. Perplexarier.] *Perplexari.* Perplexe agere et captiose. (To equivocate.) "Litigationibus impedire." Com. Ms.

218. Imo edepol.] "Hæc sæpe conjuncta sunt. Vid. Capt. II. I. 16. [142. B.] et II. II. 39. [218. B.]" Hare.

219. Numquid me vis?] Men. 242. G.

222. Inaudisse.] *Had* some *intimation.* Vis est præpositionis *in* hoc loco id. qu. *sub;* nempe *obscure,* nec omnino pro certo, *audiisse.* Most. 527. "Metuo ne de hac re quippiam *inaudiverit.*"

223. Ea gratia.] *On that account.* Ob hanc causam. Prol. 32.

— Obstinavit.] *Persisted on.* Gron: ex Festo, "Obfirmato et perseveranti animo expetivit."

224. Deblaterasti.] *Have blabbed. Blatero,* est inaniter garrio; et particula *de* auget significationem, ut in *detergeo,* &c.

Men. 2. G. Hor. Sat. II. vii. 35. "Cum magno *blateras* clamore." (Bawl hastily.) Sic *blatio*, Amph. 471; et Curc. 455. "Ita nugas *blatis*." Epid. 328. "Aliquid aliquo modo alicunde ab aliquibus *Blatis*." (Chatter about.) Est, ait Festus, a Græco βλὰξ, *stultus*. Non. Marc. Cap. i. 210. "*Blatis* et *blateras*, confingis, aut incondite et inaniter loqueris." Et citat nostrum locum.

226. Pure.] Vide in Nott. Critt. Cæterum legendum censet *pura* Noster Hare, citatis, Amph. III. ii. 65. [794. B.] "Jube vero *vasa pura* adornari mihi." Et Ibid. V. i. 74. [974. B.] "Jube *vasa pura* actutum adornari mihi." Et Capt. IV. ii. 81. [788. B.] "*Vasa* tibi *pura* apparari ad rem divinam cito."

235. Mixtum.] Vide Nott. Perpetuo apud Comicos aliosque alluditur ad morem bibendi vinum cum aqua commixtum. Hinc et Metaphora ducitur, Pseud. 61. "*Dulce amarumque* una nunc *misces* mihi."

236. Obsonavit.] *Had bought provision.* Men. 126. G.

237. Tibicinas.] *Music-girls.* Quæ cum tibia cecinerunt; per crasin, quasi *tibiacinas;* unde secunda syllaba producitur, quæ contra in *fidicinas* corripitur, utpote a *fides -ibus*, sine crasi, efficta.

238. Obsonium.] Scribitur et *opsonium;* in qua voce Com: Ms: "Dicitur et *opson* et *opsonium* quicquid emitur præter panem et vinum."

241. Prostibulum.] Qui palam *prostat;* H. e. "pro lucro stat;" Com. Ms. De viris æque ac feminis dictum.

— Popli.] H. e. *populi.* Sicut Amph. 106. "Thebano *poplo*." Ita, mani*plus* et manipulus; tem*plum* et tempulum; nu*cleum* et nuculeum; [Curc. 55.] ang*los* et angulos; &c.

242. **Haud non.**] Hellenismus. Sic Epid. 653. "*Neque* ille *haud* objiciet mihi."

247. **Dimidium.**] Quid intersit inter hoc verbum, et *dimidiatum,* diximus ad Men. 80. G. Fuse quoque in eodem disputavit Rostius, *Opuscula Plautina* p. 211. sqq. Quod autem ait, hoc discrimen non observatum esse in Epigrammate de Terentio, ubi "*Dimidiate* Menander" appellatus est, credo falsum esse; Nam si "*dimidie* Menander" vocatus esset, tum intelligeres Menandrum in duas partes esse divisum, quarum *altera* esset *ipse Terentius:* non autem id intelligit Poeta; imo, Menandrum ipsum sub Persona Terentii repræsentari, dimidia tamen parte minorem; h. e. mancum quidem et curtum, sed nihilominus ipsum hominem quasi vivum exprimi. Optimum exemplum præbet Cato R. R. CLII. "Eo cribro terram incernito *dimidiatum* digitum." (i. e. To the depth of half *the entire* finger: but not, *a finger cut in two.*) Nost. Mil. 756. "Procumbunt *dimidiati.*" Ubi homines quidem *toti* sunt, sed quasi in duas partes divisi. Contra Juv. Sat. VIII. 4. "Curios jam *dimidios.*" Nam eorum pars altera omnino per vetustatem perierat, altera jam restabat. Postremo, ne longior sim in re satis exagitata, Auson. Epigr. "Incipe, *dimidium* facti est cœpisse; supersit *Dimidium:* rursum hoc incipe, et efficies." Quod exemplum, si quod aliud, plane demonstrat rem in duas æquas partes plane et omnino divisam, quarum ubi alteram (h. e. *dimidium*) sustuleris, altera (h. e. *dimidium*) per se restat: Quod contra, res *dimidiata,* verbi gratia *Luna,* etiamdum *tota* est, licet in duas partes divisa. Infra 724. "*Dimidiam partem* auri;" quod idem est ac "*dimidium* auri." Sic Amph. 973. "Me haud pœnitet scilicet, *boni dimidium* mihi dividere cum Jove." (Half of my goods.)

250. **De suo.**] De sua pecunia. Men. 206. G.

252. **Quid negotii est?**] *What's the matter?* Admirantis formula, passim apud Nostrum usurpata, ubi aliquid inopinato vel

re vel verbis occurrit. Men. 338. Bacch. 1086. "*Quid hoc est negotii?* nam, amabo, qui has oves huc adegit?" &c.

256. Eradicarier.] *Utterly ruined.* Funditus, et *radicitus* perditum esse. Translatio ab arboribus eradicatis. Ita LAMB: qui citat Ter. Heaut. III. III. 28. "Dii te *eradicent.*"

257. Tigillo.] Vide Nott. Fit a *tignum;* ut *sigillum* a signum; *lucellum* a lucrum; et simill. Unde *Tigillum Sororium,* de quo Festus, p. 192. Cæterum Gloss. Cod. H. 6. citat, "*Tigillum,* diminutivum a *tegula,* trabs. Papias." Et sic Isidor. Orig. Lib. XIX. c. x. "*Tegulæ* vocatæ, quod tegant ædes;.... cujus diminutivum *tigillum.*"

258. Follem.] *A leathern bag.* Marsupium ex pelle confectum, plerumque ad pecuniam servandam usurpatum; ut in Juv. Sat. XIII. 61. "Si reddat veterem cum tota ærugine *follem.*" Qui sensus vero hic locum non habet, nam est simpliciter *hyperbole,* quam sequens versus plene et ridicule explicat.

260. Obturat.] *Fasten up.* Ducunt a θύρα. Cist. 287. "Illæc Forti Fortuna fortius Aures *obturat.*"

— Gutturem.] Hunc locum profert Nonius, docens veteribus usitatum fuisse *guttur* in gen. *masculino* et neutro. LAMB. Ita etiam Priscianus, all. h. t. quem citat Gloss. Cod. H. 6.

264. Talentum magnum.] H. e. *Atticum.* Sæpe usurpavit Noster, sed non eodem, ut videtur, ubique sensu. Vide quæ in voce dixit FACC. et si vis, quos ibi de re nummaria citavit auctores. Cist. 291. "Tibi *talenta magna* viginti pater Det dotis." Curc. 64. "Alias me poscit triginta minas, Alias *talentum magnum.*" Mostell. 623. &c.

— Potesse.] Antiqu. pro *posse.* Confert Noster HARE, Epid. II. II. 43. [220. B.] "At tributus quom imperatus est, negant pendi *potesse.*"

265. Qui.] *Whereby.* Vet. abl. Men. 219. 300.

266. Utendam dabit.] *Give the loan of.* Supra 57.

267. Pridem.] *The other day.* Infra 271. Haud multis abhinc diebus. Dicitur, ait Facc: de longiore tempore quam *nuper,* et breviore quam *jamdudum* et *jampridem.*

268. Præsegmina.] *The parings.* "Proprie Plautus in Aulul. ea dici voluit, quæ unguibus imminutis præsecantur." Non. M. cap. II. 639. Ἀπονυχίσματα. "Dicuntur autem non solum de unguibus, sed omnium rerum putamina, ut sunt pomorum cortices." Com. Ms. Citat Lamb: Hor. A. P. 294. "*Præsectum* decies non castigavit ad unguem;" [quæ est Bentleii probata lectio; licet *perfectum* habeant editiones, et major pars membranarum. Et hanc potiorem esse lectionem, (pace summi auctoris dixerim,) mihi pene persuadeo. Nam, cum *posteriore* unguium parte uterentur ad marmoris levitatem experiendam, non video qui minus accurate id efficere possent unguibus haud resecatis, quam decies præsectis; igitur in phrasin *ad unguem,* seu *in unguem,* sæpissime offendimus, sed nusquam, quod scio, epitheto aliquo subjecto. Adde quod linguæ Latinæ ratio postulat ut *decies* cum præcedente verbo construatur, et sic aptius ad *perfectum* (*carmen*) quam *præsectum* (*unguem*), referatur.]

269. Parce parcum.] I. e. *parcissimum.* Absurde videtur de hoc vocabulo agi apud A. Gell. III. xix. Ubi vel pro *par arcæ,* (quia tenax omnia recondita teneat,) sumitur; vel, (quod simplicius, ait, veriusque esse,) ab eo quod est *parum* et *parvum,* denonimatus est *parcus.*

271. Pulmentum.] *A morsel; a mouthful.* Quo sensu Hor. Sat. II. II. 34. "Laudas, insane, trilibrem Mullum; in singula quem minuas *pulmenta* necesse est." (Must cut up into so many

pieces.) Propriam autem significationem dat Isidor. Orig. Lib. XX. c. 2. "*Pulmentum* vocatur a pulte, sive enim sola pultis, sive quid aliud ejus permixtione sumatur, *pulmentum* proprie dicitur." Paullo aliter Com. Ms. "*Pulmentum* vocatur quicquid comedatur: in paropside, quod ferculum dicitur: ut *pulmentum* fabarum, caulium, et simill. Hic potest intelligi de aliquibus intestinis, quæ sunt grata miluis."

— Pridem.] Supra 267.

— Milüos.] *A kite. Milvus,* vel *miluus;* de posteriore *u* in *o* commutata, Vide Men. Prol. 36. G. cujus causam profert Quinct. Inst. I. VII; scilicet, ne "subjecta sibi vocalis in *unum sonum* coalescere et confundi posset."

272. Prætorem.] Infra 716. Vide Nott.

— Plorabundus.] I. e. *plorans.* Vide Nott. Critt. Cæterum citat Cod. H. 6. in marg. Non. [Cap. x. 37.] "*Deplorabundus,* pro *deplorans.* Plaut. Aulul. "Homo ad prætorem *venit deplorabundus.*" "

273. Plorans, ejulans.] Gloss. Cod. H. 2. "In lacrimis *plorare;* in vocibus *ejulare.*" Infra 684. 753.

274. Vadarier.] In jus citare, die dicto. Lamb. qui citat Hor. Sat. I. I. 11. "Ille, *datis vadibus,* qui rure extractus in urbem est." Gron: *Lect. Plaut.* p. 51. "*Vadari aliquem,* est accipere ab eo vades, h. e. fidejussores locupletes, qui certa sponsione pecuniæ *illum, unde petebatur,* vadimonium obiturum, seu in jus venturum, recipiant et promittant. Liv. III: 13. "Tot vadibus accusator *vadatus est reum;*" qu. est, tot fidejussores ab eo accepit, in jus venturum esse. Dabantur autem *vades,* ne in carcere attinerentur usque in diem judicii. Pers. 288. S. "*Vadatur* hic

me. P. Utinam *vades* desint, in carcerem ut sis." Cic. Verr. III. 15. Hor. Sat. I. IX. 36. &c. Translate Noster, Curc. 165. "Ubi tu es, qui me *convadatu's* veneriis vadimoniis?" (Have bound me over by sureties to appear.)"

275. Sexcenta.] Pro *infinito pene* numero. (A *thousand* other things.) Vide Men. 795. G. Pseud. 630. "Quasi mihi non *sexcenta* tanta soli soleant credier?" In re tali Anglicum esset, (As if *five* hundred times as much were not often trusted to me alone!) Ter. Phorm. IV. III. 63. "*Sexcentas* proinde scribito jam mihi dicas." Ubi DONAT: "Perspicere hinc licet consuetudinem utriusque sermonis. Nam Apollodorus μυρίας dixit, pro multis. Et ut apud Græcos μυρία, ita apud nos *sexcenta* dicere pro multis usitatum est. Cic. Verr. I. 47. "*Sexcenta* possum decreta proferre." " Infra 472. *Treceni.*

279. Nundinalis.] Vide Nott. Cœnam autem feralem, seu *novendialem,* vilissimam fuisse, ex multis antiquorum locis apparet. Constabat plerumque ex ovis, lentibus, cicere, fabis, melle, libis, et simill. Conf. Juv. Sat. V. 84. "Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo Ponitur, exigua *feralis cœna* patella." (Spoken contemptuously as comparing the sumptuous fare of Virro with that of his humiliated dependants.) Sic etiam interpretandus locus jamdiu exagitatus apud Tac. Ann. VI. 5. "Cotta Messalinus arguitur, cum die natali Augustæ inter sacerdotes epularetur, *novendialem* eam *cœnam* dixisse." h. e. cum jam mortuæ Augustæ dies natalis etiamdum celebraretur, eum per contemptum hoc festum *cœnam novendialem* appellavisse. Si igitur cœna ipsa ita vili æstimabatur, nimirum vilissimo pretio essent coqui, qui ad eam parandam conducti irent. Plura de Silicernio videre est vel apud Servium ad Virg. Æn. V. 64. "Præterea, si *nona* diem mortalibus almum Aurora extulerit;" vel Commentt: in Hor. Epod. XVII. 48. "Nec in sepulcris pauperum prudens anus *Novendiales* dissipare pulveres."

281. Trifurcifer.] *Thief of thieves.* Vide Gloss. in v. 47. *Trivenefica.* Ita Infra 587. "Non fur, sed *trifur.*" Rud. 639. L. "Tun', *trifurcifer,* mihi audes inclementer dicere? T. Fateor, ego *trifurcifer* sum."

283. Licet.] *Well; at your service.* Sic Men. 81. Me. "Etiam concede huc. Pe. *Licet.*" Curc. 724. Ca. "Age, ergo recipe actutum. Th. *Licet.*" Videtur præcipue hæc vox usurpari ubi officiosa quædam celeritas designatur.

289. Detrusti.] Pro *detrusisti,* quod plene dant Codd.

290. Ad ravim.] *To hoarseness.* Ad raucitatem. "*Ravis,* raucitas;" Non. Marc. all. h. t. ut *ravus* adj. raucus. Hinc et *ravio,* clamando raucus fio. Pœnul. 647. "Nego, et negando, si quid refert, *ravio.*" Ejusdem originis sunt, Germ. Rabe. Angl. *Raven.*

292. Perit.] *Is lost.* Vide Nott. Cæterum observat Græv: "Proverbium est hoc, quod poeta vetus dixit apud Non. "Beneficium in sterili segete obserere." "

294. Si qui.] *Si qua re.* Vet. abl. Vid. Men. 219. G. et Infra 456.

295. Poscere.] *In asking.* i. qu. *in poscendo;* per Hellenismum. Sic Epid. 190. "Quem omnem per urbem sum defessus *quærere.*" 704. "Ego sum defessus *reperire,* vos defessi *quærere.*" Vid. Men. 161. G.

297. Supellex.] Quæ sit hujus vocis latior significatio, et unde derivetur, diximus in Gloss. Men. 313; ubi et de orthographia ejusdem agitur.

304. Heus.] *Hollo there.* Vocandi interjectio. Infra 410.

309. Temeti.] "*Temetum*, vinum, lingua Osca." Gloss. Cod. H. 2. Sic etiam Com. Ms. Hor. Ep. II. II. 163. "Das nummos, accipis uvam, Pullos, ova, cadum *temeti*." Citat Lamb: Nonium, "*Temulenta* dicta est ebriosa; a *temeto*, quod est *vinum*, quod attentet mentem." Hinc et *abstemius*, qui *absque temeto*, h. e. sine vino, degit; A. Gell. X. 23. "Mulieres Romæ atque in Latio ætatem *abstemias* egisse, hoc est, vino semper (quod *temetum* prisca lingua appellatur,) abstinuisse dicunt." Cæterum vox semper duas priores syllabas producit.

310. Ipsus.] *Herus*. Vide Nott. Bene Ruperti ad Juv. Sat. I. 62; "*Ipse* lacernatæ quum se jactaret amicæ;" hæc habet, "Exquisite ita *magister* dicitur, quum discipulus, (unde illud Pythagoreorum αὐτὸς ἔφα, "*Ipse* dixit,") *dominus*, quum servus, [ut nostro loco,] *imperator*, quum miles loquitur." etc. Exempla sunt Juv. Sat. V. 30. 56. 86. Virg. Ecl. III. 77. "Cum faciam vitula pro frugibus, *ipse* venito." Cas. 652. "Eo, quo me *ipsa* misit."

311. Apud nos.] Supra 44. 296.

— Asseres.] *Beams*, or *planks*. Sunt proprie trabes minutiores parietibus inductæ; tigna, vel etiam tabulæ ligneæ. Etym: "*Asser*, quod *asseritur*, i. e. adjungitur parieti; ab *assero*, sicut *agger*, quod *aggeritur*, ab *aggero*." Ind: Lat: ad Cæs. De Bell. Civ. II. 2. "*Asseres* pedum duodecim;" habet, "*Asseres* tigna tenuiora, quam trabes esse solent, ut si trabes dissectæ essent in tigna tenuiora."

313. Impurate.] *Unpurified, filthy wretch*. "Scelerate, impure." Gloss. Cod. H. 6. Distat autem *impuratus* ab *impurus*, quatenus *candidatus* a *candidus*; *auratus* ab *aureus*; *eburatus* ab *eburneus*; etc. Aliud igitur est *impuris*, Infra 332. Vocem bis adhibet Noster in Rud. v. 448; "*Impurata* belua." et 656; "*Im-*

puratissume." Ter. Phorm. IV. III. 64. "*Imperatus* me ille ut etiam irridet." et V. VII. 69. "Tum hunc *imperatum* poterimus nostro modo ulciści."

— Volcano.] Pro *Igni.* Vid. Men. 244. Gloss. Adde Virg. Georg. I. 295. "Aut dulcis musti *Vulcano* decoquit humorem." Ita *Bacchus* pro vino; *Mars* pro bello; *Ceres* pro frugibus; Ἀΐδης pro morte; et simill.

— Studes.] *Are engaged with.* Operam das. Sic Merc. 190. "Armamentis complicandis, componendis, *studeimus.*" Vide Nott.

318. Servem.] *Have an eye to.* Pro *observem.* Men. 47. 133. G. Hor. Sat. II. III. 59. "Hic rupes maxima, *serva!*"

320. Corbulis.] *In small baskets.* Parvis corbibus. Sicut *sportula* a *sporta.* Men. 136. G. Germ. Korb. Nemini credo arridebit Etym: quod præbet Varro Lib. IV. c. 31. L. L. "*Corbes* ab eo, quod spicas, aliudve quid *corruebant,* hinc minores *corbulæ* dictæ."

321. Deorsum.] *Below.* Cum sit proprie *de vorsum,* (downwards,) recte observat Douza, vocem hoc loco non motum sed quietem significare. Et citat, Varr: "Qui colunt *deorsum,* magis æstate laborant; qui sursum, magis hieme."

322. Superi.] *Those above.* Opponuntur *inferis,* tanquam *vivi* mortuis. Sic Virg. Æn. VI. 481. "Hic multum fleti ad *superos,* belloque caduci, Dardanidæ." i. e. apud vivos. Et Ib. v. 568. "Quæ quis *apud superos,* furto lætatus inani." i. e. in vita.

— Incœnati.] *Supperless.* Ἄδειπνοι. Græv.

324. Rapacidarum.] *Sons of plunder; sharpers.* Vide Nott. Sic dicti, ut bene observat LAMB: velut *rapacium hominum filii;* tanquam, Æacidarum, Priamidarum, Dardanidarum, &c.

325. Tandem.] Ægre; de re difficili, et multæ deliberationis. Optimum exemplum habes in init: Curc. v. 7. PA. "At *tandem... tandem...* PH. *Tandem* es odiosus mihi."

— Animum confirmare.] *To resolve; To screw my courage to the sticking-place.* Plus valet quam simpl: *animum inducere.*

326. Bene me haberem.] *Treat myself.* Laute et molliter viverem. Sic Mil. 705. "Nunc *bene* vivo, et fortunate, atque ut volo, atque animo ut lubet." et 715. "Si *te bene habes.*" et 721. "Qui et rem servat, et qui *bene habet.*" Vid. Men. 387. G. Cæterum Codd: haud male, *bene haberem.* Et sic Noster HARE, qui confert Mil. III. I. 130. [721. B.] "Et qui *bene habet.*" Vide Nott. Critt.

327. Rogito pisces.] *I ask the price of fish.* Verbum autem frequentativum denotat, quod non semel, sed sæpe, quod est hominum parcorum, et apud plures venditores, pretium quæsiverit. Sic *Quæritatum;* Men. Prol. 71. G. Infra 710; *Purgitant,* &c.

— Indicant caros.] "*Indicare aliquid* carum, est magnum pretium constituere, et dicere rei venalis summam ingentem. *Indicare,* est venditoris proprie. Pers. 572. T. "Hanc eme. D. Modo uti sciam *quanti indicet,*" 583. SA. "*Indica;* fac pretium. D. Tua merx est; tua *indicatio* est." Et Ibid. 585. 587. Cic. de Off. Lib. III. c. 15. "Ut sibi fundus, cujus emptor erat, semel *indicaretur.*" Plin. III. 7. "*Indicato* in Cypro sex aureis denariis smaragdo." Etc." GRON. *Lect. Plaut.*

328. Agninam.] *Lamb.* Subaud. Carnem. Hor. Ep. I. xv. 35. "Patinas cœnabat omasi, Vilis et *agninæ*."

— Bubulam.] *Beef.* "Bovinam carnem." Com. Ms. Ita Curc. 371. "Hæc sunt ventri stabilimenta, pane, et assa *bubula*."

329. Vitulinam.] Sc. Carnem. *Veal.*

— Cetum.] *Cetus, -i.* m. Cujus pl. *Cete, -on.* n. "Nomen generale omnium majorum piscium maris, præsertim eorum, qui animal, non ovum, pariunt; ut ex Plin. Lib. IX. c. 24, colligitur: quales sunt balenæ, orcæ, thynni, pristes, delphini, et hujusmodi." Facc. Paullo aliter Græv: "*Cetum,* κατ' ἐξοχὴν dicitur thynnina caro; *cetarii,* et bolonæ, dicuntur qui vendunt."

— Porcinam.] Sc. Carnem. *Pork.*

331. Qui.] Abl. *Wherewithal.* Supra 265.

332. Impuris.] *The rascals.* Sceleratis. Asin. 453. "*Impure,* nihili, non vides irasci?" Alia res est *impuratus,* Supra 313.

— Adii manum.] Gloss. Cod. H. 2. "Abii inanis." Vide Nott. "*Adire manum alicui* dicitur is, qui quid illi, tanquam in manum traditurus, ostentet; cumque ille manum ad capiendum porrexerit, suam ipse manum retro trahit, eumque inanem atque hiantem destituit." Muret. Nec tamen ideo intelligendum est *manum* necessario *aditam,* h. e. porrectam esse, cum similis phrasis, *verba dare,* haud raro pro *decipere* usurpetur, quando οὐδὲ γρὺ editum fuerit; de quo Vide Aul. Gell. cit. in v. 23, Supra. Sed paullo aliter Par: Lex. Plaut. in voc. *Manus adire;* "Dicitur de eo, qui alterum frustratur, et decipit; idque calliditate summa. Sumpta metaphora *a re athletica,* in qua *manum adire* [to make a feint,] artis forsan præcipuæ fuerit, et industriæ callidioris ad occupandum." Tum citat, Cas. 778. "Satin' lepide *adita est vobis manus?*"

Pers. 794. "Ut me in tricas conjecisti? quomodo de Persa *manus mi adita est?*" Pœn. 328. "Eo pacto avaræ Veneri pulcre *adii* manum." Ibid. v. 333. "Veneri ut *adierit* leno *manum.*"

334. Prodegeris.] Vide Nott. Prodige consumseris. Merc. 1009. "Per nos quidem hercle egebit, qui suom *prodegerit.*" (Has been prodigal of.)

335. Profesto.] "Dies *profesti,* festis opponuntur: concessi autem sunt ad opus faciendum, et rusticum, et urbanum: domesticum et forense. Hor. Sat. II. III. 144. "Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamque *profestis.*"" LAMB. Fuse de his diebus agit Macrob: in Saturnal. quem citat Gloss. Cod. H. 6. "*Profesto,* Die feriato. Numa, ut in menses annum, ita in dies mensem quoque distribuit: diesque omnes aut festos, aut profestos, aut intercisos vocavit. *Festi,* dies dicati sunt. *Profesti,* hominibus, ob administrandam rem privatam publicamque, concessi. *Intercisi,* deorum hominumque communes sunt."

339. Tusculum.] H. e. *Thus minutum,* de quo more Laribus sacrificandi, vide Juv. citat: Supra, ad Prol. 24. Cæterum Gloss. Cod. H. 6. laudat hoc loco Priscianum, "*Thusculum,* Sic in usu neutra diminutiva reperiuntur; ut *munus, munusculum; opus, opusculum; crus, crusculum;* Plaut. in Cistell. "Cum tortis *crusculis.*" Similiter *thus, thusculum;* Idem in Aulul. "Nunc *thusculum* emi."" Vide in Nott. Critt.

342. Conspicor?] Men. 423. 1029.

343. Compilor.] Vide Men. 460. Gloss.

344. Aulam.] Vett. pro *Ollam.* Infra 535. 565. et passim in hac fabula. De hoc usu adeas Funcc. Vir. Æt. L. Lat. I. 37. (p. 70.) Curc. 372. "Poculum grande, *aula* magna." (A large pot.) A. Gell. XVII. c. 8. "*Aula* una lentis Ægyptiæ." Et ibid. "Oleum in *aulam* indere."

— Viciniam.] Pro *vicinos*. Similiter Supra 163. *Paupertate* pro *Pauperibus*. etc. Hor. Sat. II. v. 106. "Funus egregie factum laudet *vicinia*." Pro, *vicini laudent*. Epist. I. XVI. 44. "Videt hunc *vicinia* tota." Ib. XVII. 62. "*Vicinia* rauca reclamat."

347. Occidor.] *I'm a dead man.* ἀπωλόμην. Sic "*Periimus!*" Men. 913.

350. Thesaurarios.] "Qui thesaurum surripiant." Com. Ms.

352. Desquama.] *Scale.* Piscibus squamas detrahe. Non. Cap. II. 202. "*Desquamat*, squamis exspoliat. Plaut. Aulul. "Dromo, *desquama* pisceis." Citat Graev: Gloss. Vulcan. "*Desquamo*, ἐκλεπίζω. *Exdorsuo*, ἀπονωτίζω. *Exosso*, ἐξοστεΐζω."

353. Congrum.] *Conger eel.* Græcum verbum. Mil. 754. "Probus hic *conger* frigidus."

— Murænam.] *Lamprey.* Etiam Græca vox; et cum *Congro* iterum legitur, Pers. 110. "*Muræna* et *conger* ne calefierent." Vide loc. Amph. 166, in voc. prox. citatum.

— Exossata.] *Boned.* Ossibus exempta. Vide Nott. Sic Amph. 165—7. "*Exossatum* os esse oportet... So. Mirum, ni hic me, *quasi muræna*m, *exossare* cogitat. Ultro istunc qui *exossat* homines." Et Pseud. 376. "*Exossabo* ego illunc simulter itidem, *ut muræna*m cocus." Metaphorice Pers. Sat. VI. 52. "Non adeo, inquis, *Exossatus* ager juxta est." i. e. a lapidibus purgatus, siquidem lapides sunt velut *ossa* terræ. Cæterum, quod nostro loco habent Codd: nonnulli, et Editt: "*exdorsua*, quantum potes," videtur ex prima auctoris manu fuisse, sed in alteram lectionem curis secundis immutatum. [Vide Infra 649. Nott. Critt.] Non celandum autem, quod ita citat Nonius, Cap. I. 61. "*Exdorsuare*, dorso nudare. Plaut. Aulul. "Tu, Machærio, Congrum, murænam, exdorsua

quantum potes."" Et hunc laudant in marg. Codd: H. 2. 6. Habet quoque Festus, "*Exdorsua*, dorsum confringe. Alii, exime." Sed exemplo non allato.

354. Artoptam.] *A baking-pan.* "Instrumentum supra quod fit panis." Com. Ms. Vox Græca. Gloss. Cod. H. 2, "*Artoptam*, pro pane faciendo, quia pistores in usu non fuerant, ut ait Plin. N. H. Libr. XVIII. [c. 11.]" Ex quo Plinii loco videtur magnam concertationem fuisse eruditorum an hic versus esset Plautinus. Vide omnino quæ de hoc loco, et Juv. Sat. V. 72; disseruntur apud Facc: in voc. *Artopta*.

— Ex proxumo.] Supra v. 128. et Prol. 31.

— Utendam peto.] *I go to ask the loan of.* Supra 57. 266.

356. Glabriorem.] *More bald.* Læviorem. Gloss. Cod. H. 6; [ubi legitur *glabrionem;* Vide Nott. Critt.] "*Glaber*, rasus, lævis, mollis, calvus. *Glabros*, barbas non habentes. *Glabrio*, calvus." Papias. Citat Lamb: Apul. Lib. V. De Asino Aur. "Maritum sortita sum, cucurbita *glabriorem*." Ejusdem fortasse originis Anglice *glib*.

— Volsus.] *Vulsus*, a vello. H. e. Evulsis pilis, lævis et glaber factus. Hinc *Volsellæ*, (tweezers,) apud Curc. 578.

— Ludius.] *Ludii*, seu *ludiones*, fuerunt saltatores scenici, qui se de industria, si pubertatem consecuti essent, depiles faciebant. Habet Noster Curc. 153. "Fite causa mea *ludii* barbari." Ov. Art. Am. I. 112. "Rudem præbente modum tibicine Thusco, *Ludius* æquatam ter pede pulsat humum." Unde magis verisimile videtur duci vocem a *Lydiis*, qui Etruscos fines (Hor. Sat.) incoluerunt, quam, quod alii putant, a simpl. *ludis*, quia his interfuerint.

360. Optati.] Ita citat Com. Ms. Vide Nott.

— Populares.] *Fellow countrymen.* "Vicini de populo." Com. Ms. Δημόται. Qui ejusdem populi sunt. Ov. Met. I. 578. "Conveniunt illic *popularia* flumina primum." VI. 150. "Nec tamen admonita est pœna *popularis* Arachnes." Theocr. Id. XXVIII. 22. "Ἐν δαμότισιν." Nost. Rud. 510. "Ne quid noceat meis *popularibus.*"

— Incolæ.] "Hic nati et habitantes." Com. Ms.

— Accolæ.] "Aliunde nati, veniunt [hic] habitatum." Com Ms. "Differunt *accola,* et *incola* in eo, quod *accola* est qui juxta, vel circa locum aliquem habitat: hinc dicitur *accola* montis, fluminis, litoris, &c. *incola* est, qui in ipso loco habitat, ut *incola* pagi, urbis, oppidi, &c." Facc.

361. Plateæ.] *Streets.* Men. 780.

362. Ad Bacchas.] Ad *domum* Baccharum; h. e. feminarum Bacchi sacra celebrantium. Bacch. 336. "Bacchides non Bacchides, sed *Bacchæ* sunt acerrumæ." i. e. mulieres furibundæ.

— Bacchanal.] "Locus ubi bacchabatur." Gloss. Cod. H. 6. Vide Nott. Vel potest esse *In Bacchanal,* in *festum* seu *sacrum* Bacchi; quo sensu est in Amph. *sc. suppos.* I. 12. "*Bacchanal* exercuisse te, senex, oportuit." et v. 18. ibid. Mil. 851. "In cella vos vinaria *Bacchanal* facitis."

— Coquinatum.] "Ad coquendum. Non. all. h. t." Gloss. Codd. H. 2. 6. Id. qu. *coctum;* (to cook.) est a verbo *coquino,* quod a *coquina,* culina; "ut a *sarcina, sarcinare.*" Par. Citat Noster Hare, Pseud. 854. "An tu *coquinatum* te ire quoquam postulas?" et 875. "Quanti unum me *coquinare* perdoces?"

364. Oppido.] *Utterly.* Penitus. Infra 685. 757. Et quidem passim apud Nostrum. "Significat autem, valde, multum. Ortum, inquit Festus, ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret; utque multitudo significaretur, sæpe respondebatur, *quantum vel oppido satis esset.*" HARE. Citat Non: Amph. [146.] "*Oppido* interii! obsecro hercle, quantus et quam validus est."

— Gymnasium.] Γυμνάσιον, locus ubi se athletæ exercebant. Vide Nott.

365. Exegit.] *Has driven out.* Citat hunc locum Non: Cap. IV. 152. in voc. *Exigere,* quam interpretatus est *excludere;* allato Ter. Andr. [Prol. 27.] "Spectandæ, an *exigendæ* sint vobis prius."

366. Præberi.] *Supplied.* Vide in Nott. et adde exemplis ibi collatis, Hor. Sat. I. IV. 88. "Præter eum qui *præbet* aquam." h. e. hospitem. Et Ibid. I. v. 38. "Murena *præbente* domum, Capitone culinam."

367. Attat.] *But lo! Ha!* h. l. præ metu exclamantis interjectio. Infra 619.

370. Trisviros.] *Tresviros,* seu *Triumviros capitales.* Horum officium fuit facinorosos, præcipue servos et infimos quosque, judicare. Non semel apud Nostrum occurrunt. E. g. Amph. 3. "Si *Trisviri* me in carcerem conpegerint." Asin. 115. "Ibo ego ad *Trisviros,* vostraque ibi nomina Faxo erunt: capitis te perdam ego, et filiam." Pers. 72. "Æqua parti prodeant ad *Trisviros.*" Vide etiam Cic. Fam. VII. 13. Notat FACC: in voce, "modo *tresviri,* modo *trisviri,* modo *treviri* in Mss. legitur: alii etiam *triumviri* reposuerunt: idque eo factum videtur, quod olim IIIviri scriptum fuit; ex quo alii *tres,* alii *tris,* alii *trium* exararunt."

— Deferam.] *Will report.* Hinc, *Delator,* accusator; (an informer.)

374. De industria.] *By design; purposely.* Consulto; dedita opera. Ter. Andr. IV. IV. 56. "Paulum interesse censes, ex animo omnia, Ut fert natura, facias, an *de industria.*" (on purpose.)

— Faxim.] *Faciam.* Supra 213. Infra 745.

375. Res ipsa.] "Fractura capitis." Com. Ms.

376. Cinædus.] Vide Nott. Confert Noster Hare, Mil. III. I. 74. [666. B.] "Ad saltandum non *cinædus* malacus æque est atque ego." et Ibid. V. 31. [1413. B.] "*Mitis* sum equidem *fustibus.*"

377. Quid tibi nos tactio est?] Vide Nott. Similis est constructio Mostell. 6. "*Quid tibi,* malum, hic ante ædes *est clamatio?*" Cas. 297. "*Quid tibi istunc tactio est?*" 299. "*Quid tibi tactio hunc fuit?*" Etc.

— Mendice homo.] *You beggar, you.* Locutio quam maxime comica, de qua Men. 3. Gloss. "Homines captivos." etc. Eur. Hec. 642. "Ἀνὴρ βούτας."

379. Malo tuo.] *At your peril.* Men. 57. 911. Amph. 213. "Compositis *tuo malo* mendaciis." (Lies got up *to your cost.*) Cas. 380. "*Malo* hercle *vostro* tam versuti vivitis!" Apul. Met. Lib. VI. "Cui *tuo,* immo et ipsius, *malo,* placuisti."

380. Fuat.] *Sit.* Supra 190. Amph. 833. "Nec quisquam tam audax *fuat.*"

388. Malum.] *The Plague!* Men. 299. G. Epid. 698. "Quæ hæc, *malum*, ferocia est?" Catull. Carm. 29. "Quid hunc, *malum*, fovetis?"

388. Me haud pœnitet.] Vide Nott. Critt. Confert Noster HARE, Amph. V. I. 72. [972. B.] "Pol *me haud pœnitet*, etc."

392. Conclavium.] *Chambers, closets.* (Properly, *under lock and key.*) Citat Gloss. Cod. H. 6, Papiæ interpretationem; "*Conclavis*, locus inclusus, interiore in cella." et Pompei: Fest: "*Conclavia* dicuntur loca, quæ una *clave* clauduntur." In quem notat DAC: "*Conclave* et *conclavium*, nam utrumque dicitur, est locus secretior in penetralibus intimis domus, una *clave* domesticis pervius. Vel, ut ait Donatus, "*conclave* est separatior locus in interioribus tectis; vel quod intra eum loca multa et cubicula clausa sint, adhærentia triclinio." "

— Perviam facitis.] Sic dictum, ut *obviam facitis.* TURNEB. *Perviam*, adverbialiter sumptum.

393. Adesses.] *Had stood; kept still.* Pro *adstasses*, ut Supra 17. "Istic *adesto*."

394. Fissile.] *Broken.* Pro *fissum.* Ita Cistell. 62. *Sepelibilem*, pro *sepultam.* Pseud. 591. *Ignorabilis*, pro *ignotus.* A. Gell. IX. "Alterum autem illud *ignorabilius* est." (Less known.) Apul. Met. Lib. V. sub init. "Jamque aderat *ignobilis* maritus." h. e. *ignotus*, ut quem sponsa nunquam vidisset.

399. Laverna.] "Dea furum et latronum. PAP. ἀπὸ τοῦ λαβεῖν dicta." Gloss. Codd. H. 2. 6. Alii ducunt a *lavando*, siquidem *lavare* antiqui pro *furari* dixerint; nisi potius sit *levare*: (quemadmodum vernacule nos, *shop-lifters.*) Apud Festum legi-

mus, "*Laverniones* fures antiqui dicebant, quod sub tutela Deæ Lavernæ essent, in cujus luco obscuro abditoque soliti furta prædamque inter se luere: hinc et *Lavernalis* porta vocata est." (quod ibi ara ejus Deæ. DAC.) Nost. Fragm. 7. Cornic. "Mihi *Laverna* in furtis celebrassit manus." Glossa Isidori, "*Laberna*, latro, aut qui filios alienos seducit." h. e. plagiarius; Auson: "Bonorum mala carminum *Laverna*." Scal: in Nonium.

— Nisi si.] *Unless indeed.* Men. 165. Curc. 51. &c.

400. Pipulo.] *Abusive language.* Pro *convicio;* Non. Vide Nott. "Significat, cum vituperio; quia omnibus declarabo te furem." COM. Ms. Ducit Pareus "A *pipatu* pullorum; [Catull. C. III. 10. De passere. "Ad solam dominam usque *pipilabat*."] *Pipare* enim Osci dicebant, pro eo quod est ejulabunde conqueri. Inde *Pipulo differre,* est conviciari, diffamare. In Legg. XII. Tabb. idem est *obvagulari*." Sic et FEST: "*Pipatio,* clamor plorantis, lingua Oscorum." *Vagulor* autem fit a *vagio, vagilo;* ut a *pipio, pipilo.* DAC: in FEST: voc. *Vagulatio,* i. e. quæstio cum convicio. Nost. Mil. 582. "Jam nunc satis *pipulo* impio merui mali." A. Gell. XX. 9. versus Cn. Matii citans, "Dein coquenti vasa cuncta dejectat: Nequamve scitamenta *pipulo poscit*." (Demands with importunity.) In Apul. Met. II. "*Pipulis* laceratus atque discerptus;" videtur plus aliquid quam mera convicia intelligendum esse.

— Differam.] "Cruciabo." COM. Ms. "*Differre,* (inquit Nonius, laudat: apud Cod. H. 2.) valet *diffamare;* pro dividere; scindere." Hic citat Lucil: Lib. XXX. "Gaudes cum de me ista foris sermonibus *differs*." Et *Ibid:* "Maledicendo multis sermonibus *differs*." Sed his locis potest esse pro simpl. *disseminare, divulgare.* Melius fortasse Plauti sensum exprimes per *rumpam,* seu *defatigabo,* quæ est ferme vis verbi in locis consimilibus. E. g. Nost. Pseud. 353. CA. "Ingere mala multa. PS. Jam ego

te *differam* dictis meis." (I will distract you.) Et Cæcil: citat. ap. A. Gell. II. 23. "Ita plorando, orando, instando, atque objurgando me obtudit..... *differor* sermone miser." Paulo aliter Ter. Andr. II. IV. 5. "Orationem sperat invenisse se, Qui *differat* te." (Confound you.)

401. Auspicio malo.] Mala avi; malo omine.

402. Numo.] Men. 136. G. "Congrio coquum exercebat pro uno nummo, sed Euclio fregit sibi caput, unde majorem pecuniam solvet medico." Com. Ms.

404. Committam.] *Suffer, allow.* Mea opera faciam, ut. Ter. Ad. II. I. 5. "Quamquam est scelestus, non *committet* hodie unquam, iterum ut vapulet."

405. Ite nunc.] *Go now* (if you will.) Hæc verba, ubi conjunctim leguntur, habent fere semper nescio quid vel provocandi, vel gloriandi, vel, ut h. l. contemptim appellandi: exempla facile cuivis occurrent.

406. Introduce.] Pro *Duc intro.* Supra 111. *Face* pro *fac.* Infra 744. *Benedice.* &c.

— Gregem.] *Company.* Sic dicunt *Grex* Comœdorum, histrionum, philosophorum, etc. Hor. Sat. II. III. 44. "Chrysippi porticus et *grex.*" Ep. I. IV. 16. "Epicuri de *grege* porcum." Ib. IX. 13. Scribe tui *gregis* hunc."

— Venalium.] *Slaves.* Servorum; quippe venum datorum. Hor. Sat. I. I. 47. "Ut si, Reticulum panis *venales* inter, onusto Forte vehas humero."

410. Heus.] *Hark ye!* h. l. Compellantis interjectio. Hor. Sat. I. III. 21. "*Heus* tu, Quidam ait, ignoras te?" Pers. Sat. III. 94. "*Heus* bone, tu palles." &c. Supra 304.

414. Facinus.] Est h. l. in bonam quidem partem usurpatum, sed de re nescio quid periculi habente. Sic Ter. Heaut. II. III. 73. "Non fit sine periclo *facinus* magnum et memorabile."

416. Velut.] *As for instance; for example.*

— Tentat.] *Plagues me.* Vexat. Hor. Sat. I. I. 80. "Si condoluit *tentatum* frigore corpus."

419. Condigne.] Vide Nott. Sic Men. 805. G. Adde Mil. 506. "Dum *condignam* te sectatus simiam." Pœn. 334. "*Condigne* haruspex, non homo trioboli"...In Cas. 634, videtur *digne* eodem sensu usurpari. In Amph. 383-4, bis *condignum* in bonam partem inusitatius sumitur.

420. Peculiaris.] *Private property.* Ex peculio emptus. Quod ait Ballio in Pseud. 1186. "Mea quidem hæc habeo omnia, *Meo peculio empta.*" Peculium autem grande aliquando possidebant servi: Asin. 478. "Frugi sum; non potest *peculium* enumerari." Formatur vox a *pecus,* (sicut et *pecunia,*) quod antiquitus *pecora* maxime in peculio essent. (Vide loc. ex Asin. cit. apud Nott.) Constabat etiam ex variis rebus domesticis, sicut nostro loco ex *pullis;* Juv. Sat. III. 189; ex *libis,* seu placentis; "Cultis augere *peculia* servis." Etc.

— Penissume.] *All but; within an ace.* "Superlativum a *pene.*" Com. Ms. Vide Nott. Ita Apul. *in Apolog.* "Quod *penissime* oblitus sum." Infra 622. Citat Priscian. Par: in Lex. Plaut. Item Gloss. Cod. H. 6. "*Penissume,* A *pene* adverbio, superlativum in *-simus.* Protulit Plautus in Mostell. [636. B.] "Ita mea consilia perturbat *penissume.*" " Ubi vero Bothe, curis secundis, edidit *planissume.*

421. Scalpurire.] *To scratch.* "Pro *scalpere,* Non. all. h. t." Gloss. Codd. H. 2. 6. Pedibus terram radere; ut ait Infra 579.

— Ungulis.] *Claws.* Pro *unguibus.* Ita Pseud. 641. "Non licet huc injicere *ungulas.*" et 853. "Miluinis aut aquilinis ungulis." et 855. "Constrictis *ungulis.*"

422. Quid opus est verbis?] *Why say more?* Τί δεῖ μακρηγορεῖν; Formula frequens apud Comicos. Bacch. 451. "*Quid opus est verbis?* si opperiri vellem." Cure. 79. Infra 426. &c.

— Peracuit.] *Was so exasperated.* Metaphorice sumpta vox, quemadmodum Græce παροξύνεσθαι: Est a *peracesco,* eodem fere sensu quo *inacesco;* Apul. Met. Lib. V. "Si tibi etiam, ut par est, *inacuit* nostra contumelia." Huc etiam pertinent proverbiales illæ dictiones apud Nostr. Pseud. 740. "Ecquid habet homo iste *aceti* in *pectore?* Ch. Atque acidissimi." Bacch. 370. "Nunc experiar, sitne *acetum* tibi cor acre in pectore." Cum quibus locis confert Par: Hor. Sat. I. vii. 32. "Italo perfusus *aceto.*" et simill.

423. Manufestarium.] *Caught in the act.* "In furto deprehensum." Com. Ms. Vid. Men. 462. Sic et Bacch. 881. "*Obtruncaret* mœchum *manufestarium.*" Trin. 861. "Teneo hunc *manufestarium.*"

424. Edepol.] De hoc jurejurando, et simill. Vide Men. 130. G.

425. Manubrium.] *Handle, haft.* Sic dictum "*quod manu teneatur.*" Varro, Lib. V. 8. h. l. "opportunitatem." Gloss. Cod. H. 6. Nonnihil hic locus confirmat lectionem quam ex palimpsesto revocavit Bothius ad Epid. 516. "Malleum sapientiorem vidi *excusso manubrio.*" Nam cum vilis sit, et nequam, tum malleus, tum aliud quodvis instrumentum, *manubrio sublato,* hinc natum est adagium de quo nunc agitur, et huc unice pertinet jocus in loco citato, qui *ironice* sumendus est. Hinc igitur ortum

proverbium *ansam alicui dare,* Vide Nott. et huc respicit quod notat Cas: ad Aristoph. Eqq. 844. sqq: Moris nempe fuisse, cum arma consecrarentur, ut illa redderent inutilia, ansas aut manubria adimere; h. e. ne cuiquam in promptu esset contra rempublicam ea sumere.

427. Affinis.] Gener futurus. Differt enim *affinis* a *cognato,* quod hic sit *sanguine,* ille *matrimonio* junctus alicui.

— Eccum.] *Ecce eum.* Infra 491.

— Incedit.] *Comes strutting along.* Non temere hæc vox de divitis gestu et magnifico *incessu* adhibetur. Vide quæ Supra v. 8, et ad Men. 787, contulimus. Adde, sis, Sall. Bell. Jug. XXXI. "*Incedunt magnifici.*"

430. Conditione.] *Connexion.* Supra 194. Plurima exempla confert Gron: in *Lect. Plaut.* et addit, "Hinc formula repudii vetus annotata in libris juris: *Conditione tua non utor,* ad exprimendum, non ducam te, nec matrimonium tecum contraham. Senec. in Fragm. apud August. "Bellonam Marti collocant, Vulcano Venerem, Neptuno Dianam, quosdam cœlibes relinquentes, quasi *conditio* defecerit." "

437. Malam rem.] *Trouble; punishment.* Pœnam, castigationem; ut passim apud Nostrum. Infra 635. 758. Men. 398. "An tibi *malam rem* vis pro maledictis dari?" Asin. 29. "Cave, sis, *malam rem!*" Et hunc sensum unice esse verum probatur, cum a lectione *magis* quam præbent Codd: fere omnes, et Editt: tum a verbo *metuo,* cujus propriam significationem Infra dabimus. Sin *minus* legatur, tum sensus esset quem præbet Com. Ms. "*Malam rem,* inopiam, labores, quos patiuntur pauperes." Sed alterum melius; Vide Nott. Critt.

— Metuant.] *Fear, and guard against.* Hoc distat *metuo* a *timeo*, quod, cum timore, *cavendi* etiam notionem præ se ferat. Vide Men. 878. G. Notum illud, "*Metuens* formica senectæ." Juv. Sat. VII. 210. "*Metuens* virgæ jam grandis Achilles." Hor. Od. III. xxiv. 22. "*Metuens* alterius viri." Ep. I. xvi. 60. "Labra movet *metuens* audiri." Tac. Ann. XIII. 25. "Nero, *metuentior* in posterum." (More on his guard.) Ov. Met. V. 358. "Hanc *metuens* cladem." (Apprehensive of, and taking precautions against.)

438. Minore sumptu.] "Quia pauperes contenti sunt omni parva luxuria." Com. Ms.

440. Altercatio.] *Objection.* Jurgatio, contentio.

441. Insatietatibus.] *Greediness.* Vix alibi occurrit.

442. Capere.] *Conceive, find.* Pro concipere, constituere. Douz.

443. Quo.] *In quam domum?* Infra 445. Men. 20. G.

— Nubent.] De feminis tantum dici, ut *ducere* de viris, notavimus ad Men. 41. G. Hinc ironice Juv. Sat. II. 134. "*Nubit amicus.*"

449. Cantheriis.] *Geldings.* De hac voce diximus ad Men. 304. G. "*Cantherino* ritu adstans somniat."

451. Nimis lepide.] *Very shrewdly, cleverly.* Men. 5. 56. Infra 624.

— Ad.] *On behalf of.* Quasi *ad*vocatus sit, qui parcimoniæ causam ageret. Citat Taubm: Symmach. Lib. IV. Epist. 56. "Postquam vos *ad virtutem* verba fecistis."

455. Muliones.] *Muleteers.* Vide Nott. ad v. 449. Juv. Sat. III. 317. "Commota jamdudum *mulio* virga Adnuit."

— Pedissequos.] *Footmen.* Qui *pedes* meos, h. e. me foras euntem, sequantur. Femininum *pedissequa,* Infra 764.

456. Vehicla.] Pro *vehicula;* ut Peri*clum,* pro peri*culum.* etc. Supra 125.

— Qui.] Pro *quibus.* Vide Supra 294. Nunc autem numerum pluralem respicit. Sic Stich. 269. (cit. apud Nott.) Ter. Andr. III. II. 32. "Multa concurrunt simul, *Qui* conjecturam hanc nunc facio." (i. e. *ex quibus.*)

462. Fullo.] *Fuller.* "Purgationibus." Com. Ms. Γναφεύς. Qui vestes sordibus purgat. Gloss. Cod. H. 6. "*Fullones,* lavandarii. Papias. A φύρω, misceo; et maxime cum farina miscetur aqua."

— Phrygio.] *Embroiderer.* Vide Men. 332. G.

— Aurifex.] *Goldsmith.* Faber aurarius. Men. 426.

— Lanarius.] *Woollen manufacturer.* Ἐριουργός.

463. Caupones.] Vide in Nott.

— Patagiarii.] Citat Cod. H. 6. in marg. Papiæ Gloss. "*Patagium,* pallium ex auro purpuraque variatum." At Fest: "*Patagium* est, quod ad summam tunicam assui solet, quæ et *patagiata* dicitur; et *patagiarii* qui ejusmodi opera faciunt." Nonius Cap. XIV. 19. "*Patagium,* aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solet." (A hem, or border attached to the upper part of a woman's dress.) Alii in loc. ex Nonio citat. legunt *aurea clamys,* et sic Gloss. Cod. H. 6; sed perperam. Epid. 224. "Indusiatam, *patagiatam,*...(tunicam.)" Par: Lex. Plaut. "Quod honestis matronis *patagium;* id viris *clavus* erat. Ita dic-

tum, quod quibusdam quasi maculis et nævis inspersum erat; πάταγος enim morbus est pestilens, quo correpti qui moriuntur, nullum indicium morbi relinquunt aliud, quam nævulos in parte corporis." "*Patagus*, morbi genus." Fest. Cæterum ad *crinium ornatum* translatum esse aiunt, PITISC: Lex. Antiqu. et FACC: apud Apul. Met. Lib. II. [p. 31. Edit. Bip.] "Crines cervice dependulos, ac per colla dispositos, sensimque *sinuato patagio* residentes." Sed etiam hic potest esse *vestis patagiata*, in qua comæ leniter immissæ residebant.

— Indusiarii.] Scil. *caupones indusiorum:* qui venum exponebant *indusia:* (The under garments worn by women; shifts.) Nonius Cap. XIV. 18. "*Indusium*, est vestimentum quod corpori intra plurimas vestes adhæret, quasi *intusium*." Et citat Plaut. Epid. [224.] "*Indusiatam*, patagiatam..." [cit. ap. Nott.] Quidam volunt scribi *intusiatam*, quasi ab *intus*, quia infra gestabatur. Videtur *indusium* fuisse feminis, id quod *subucula* viris; Hor. Ep. I. 1. 95.

464. Flammarii.] *Dyers in flame colour.* Fest: "Infectores flammei coloris." Sed citat *flamearii;* Vide Nott. Critt. Melius autem Codd: nostro loco; nam *flammearii*, significat potius, confectores *flammeorum*, (h. e. a veil, worn by women when married, of a bright or flame colour.) Et ita sane Nonius, allato h. t. "*Flammeus*, vestis, vel tegmen, quo capita matronæ tegunt. Plautus Aulul. "*Flammearii*, violarii, carinarii." "Cæterum COM: Ms: "*Flammarii*, qui tingunt in colorem clarum, sicut in viridem clarum." Et sic Noster HARE: "*Flammearii;* Codd: *Flammarii*, recte, poscente metro."

— Violarii.] Violæ coloris infectores; (*Dyers in violet-colour.*) Atque ita COM: Ms: "Qui tingunt in colorem cœlestinum. Alii dicunt, quod *violarii* sunt serta vendentes." At priore sensu citat Nonius, all. h. t. et quidem recte.

— Carinarii.] *Dyers in waxen-colour.* Qui *cerino* colore pannum inficiunt. A καρὸς, Dorice pro κηρὸς, *cera.* Citat Both. Ov. Art. Amand. III. 184. "Sua velleribus nomina *cera* dedit." Noster Hare, "*Carinarii,* Ita Non. 566. [cit. in voc. *flammeus,* supra.] Sed Hadr. Junius malit, *cerinarii,* ut *cerinum* est Epid. II. 2. 49." [226. B. "*Cerinum,* aut gerrinum."] Alii autem legunt *caltuarii,* in qua voce Cod. H. 2, in marg. "Qui in colorem *caltæ* [seu *calthæ,* (the marigold.)] pingunt." Sed Vide Nott. Critt.

465. Manulearii.] *Sleeve makers.* Qui vestes *manuleatas* conficiunt; sicut in Pseud. 739. "*Manuleatam* tunicam." Græce χειριδωτὸν seu ἀμφιμάσχαλον, Arist. Eqq. 879. Schol. Sed paullo aliter Com: Ms: "*Manularii,* Qui manicas longas acu pingunt." *Manuleæ* autem sunt tunicarum manicæ. Opprobrio autem fuit viris tunicam *manuleatam* gestare; Conf. Virg. Æn. IX. 616. "Et tunicæ *manicas,* et habent redimicula mitræ." Vide Infra in v. 475. G.

— Murobrecharii.] *Perfumers.* A μύρον unguentum, et βρέχω rigo. "Qui odoribus inspergunt vestes, ut bene oleant." Com. Ms.

466. Propolæ linteones.] *Wholesale linen-drapers.* "*Propola* est á *pro* Latino, (prima enim producitur,) et Græco πωλεῖν, ut docet Scaliger ad Culicem Virgil: Dictus, quod primus vendat merces, quas in portu primus anticipat." Par: Lex. Plaut. qui citat Lucil: "Sicuti quum ficus primus *propola* recentes Attulit, et pretio ingenti dat primitu' paucos." Unde apparet vocem de industria nostro loco usurpari, quæ significet matronas istas ne in linteis quidem comparandis sumptus rationem habuisse.

— Linteones.] Gloss. Cod. H. 2. "Qui faciunt *lintea;* genus h. e. panni, quo mulieres utuntur, ut in Epid. [223.] "*Linteolum* cæsicium." " Com. Ms. "Qui res *lineas* vendunt."

— Calceolarii.] *Shoemakers.* Qui calceos conficiunt: ὑποδηματοποιοί. Contra *sutores,* versu proximo, qui calceos reficiunt, a *suo,* (Coblers;) unde pro infima plebe sæpissime ponuntur.

467. Diabathrarii.] *Slipper makers.* Festus, "*Diabathra,* genus solearum Græcanicarum." In quem Dac: "A διαβαίνω, eo, ambulo. Inde *diabathrarii,* qui *diabathra* faciunt." Varr. Ling. Lat. VI. citat a Nævio, "*Diabathra* in pedibus habebat, et erat amictus *epicroco.* Utrumque vocabulum Græcum."

468. Solearii.] *Sandal makers.* Fest: "*Solea* ea dicitur, quæ *solo* pedis [i. e. *planta,* hinc Anglice, *sole,*] subjicitur." Citat Cod. H. 6, in marg. Papiæ Gloss. "*Soleas,* genus calceamenti; etiam genus piscis in mari, dictum quod instar est calceamentorum *soleis.*"

— Molochinarii.] *Stainers in mallow colour.* Vide Nott. A μολόχη malva. "Qui colorem tingunt ad purpuram inclinantem, qualis in *malvæ flore* spectatur." Par: Lex. Plaut. Habet Isidor. Orig. Lib. XIX. 22. "*Molocina,* quæ malvarum stamine conficitur, quam alii *melocinam,* alii *malvellam* vocant."

469. Ciniflones.] (Vide Nott. Critt.) *Hairdressers; frizzlers.* Id. qu. *cinerarii;* a *flando* in *cineres* nuncupati, quod faciunt dum calamistra ignis calefaciat, quibus ad mulierum capillos crispandos utuntur. Inter comitatum muliebrem numerat Horat. Sat. I. II. 98. "Custodes, lectica, *ciniflones,* parasitæ."

— Sarcinatores.] *Patchers.* Qui vestes resarciunt. Id. qu. *Sartores.* Sic fere Non. qui citat Lucil. "*Sarcinatorem* esse summum, *suere* centonem optime." Idem vero in voc. *Sarcinatrices,* Cap. I. 276; ait, "Non esse, (ut quidam volunt,) *sarcitrices,* quasi a *sarciendo;* sed magis a *sarcinis,* quod plurimum vestium sumant." *Sarcina* enim, (ut ait, Vet: Gram:) est hominum; *onus* vero, vehi-

culorum, et majus est. Contra Com: Ms: "*Sarcinatores,* qui vehunt *sarcinas* in curribus." Citat Cod. H. 6. in marg. Papiæ Gloss. "*Sarcina,* onera, pondera." Nihilominus priorem vocis significationem, hoc saltem loco, ut magis idoneam præferendam censui.

470. Strophiarii.] *Bodice-makers.* Infra 480. Nonius, Cap. XIV. 8. "*Strophium,* est fascia brevis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum." (A stomacher.) Catull. Carm. 62. "Non tereti *strophio* lactentes vincta papillas." Græci ταινίαν vocant. Hæc ex Par: Lex. Plaut. ubi plura videsis in hac voce. Com: Ms: "*Strophiarii,* qui faciunt cingula lata."

— Semizonarii.] *Apron-makers.* Qui zonulas minus dimidio latas, quam justa zona est, faciunt: quæ *semicinctia* (kirtles) dicuntur. Par. Cæterum Codd: *semisonarii;* et sic Com: Ms: "*Semisonarii,* qui faciunt stricta cingula."

472. Treceni.] Vide Nott. Sic Catull. C. IX. 2. "Omnibus meis amicis antistans mihi millibus *trecentis.*" i. e. summa vix enumeranda. Et XI. *fin.* "Simul complexa tenet *trecentos.*" Ib. XII. "Hendecasyllabos *trecentos* expecta." Hor. Od. III. iv. 79. "Amatorem *trecentæ* Pirithoum cohibent catenæ." Id. Sat. II. iii. 116. "Positis intus Chii veterisque Falerni Mille cadis, (nihil est,) *tercentum* millibus." Ubi maximam copiam vult designare.

— Phylacistæ.] *Duns.* Dicti a φυλάσσω, quia "atria servant," quod ait Horat. de clientibus, Ep. I. v. 31. Metaphorice autem vox nostro loco usurpatur, cum sit proprie, custos carceris, (a jailer,) qui servos in ergastulo, h. e. *phylaca,* [Capt. 677.] conservabat.

473. Limbuarii.] *Lace-makers.* (Alii *limbolarii;* et *limbularii;* Vide Nott. Critt. Par: Lex. Plaut. *limborarii;* et ita Non: Vide Infra.) Est a *limbus,* (a fringe, hem;) cujus textura

haud raro ex *auro* fuit, ideoque impensius constabat; Ov. Met. II. 734. "Ut *limbus*, totumque appareat *aurum*." Ib. V. 51. "Indutus chlamydem Tyriam, quam *limbus* obibat *Aureus*." Non. Cap. XIV. 30. "*Limbus*, muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet. Plautus Aulul. "Textores *limborarii*, arcularii." " Sed rectius Papias, quem citat in marg. Cod. H. 6. "*Limbus* est, quam nos ornaturam dicimus, quæ ornatura ambit extremitatem vestium, aut ex filo aureo contexta, assutaque extrema parte vestimenti."

— Arcularii.] *Cabinet-makers.* Qui *arculas*, h. e. capsulas muliebres, conficiunt. Ita Com. Ms. Cic. Off. II. c. 7. "Perscrutari *arculas* muliebres." Varro L. L. VIII. 45. "Ut *lectus* et *lectulus*, *arca* et *arcula*; sic alia."

475. Infectores crocotarii.] *Dyers in saffron colour.* Ita citat Non. Cap. XVI. 11. in voc. *crocota*. "Crocei coloris vestis." Infra 480. Vide Nott. Critt. Alii *crocotularii*, a dimin: *crocotula*, de qua Par: Lex. Plaut. "*Crocotula*, vestis erat mulierum non virorum, Græci κροκώτιον appellarunt. Unde Virg. Æn. IX. 614, effeminatos et semiviros Trojanos incessit: "Vobis *picta croco*, et fulgenti murice, vestis;...O vere Phrygiæ, neque enim Phryges!" " Vide Supra in v. 465. G.

479. Nugigerulis.] Vide Nott. Sic in Epid. 226. "Cumatile aut plumatile, cerinum aut *gerrinum*: gerræ maxumæ!" Ubi *gerræ* sunt id. qu. *nugæ* nostro loco. Glossarium præbent in margine Codd. H. 2. 6. ubi tamen legitur *Nugivendis*; Vide Nott. Critt. "*Nugivendi*, omnes illi qui aliquid mulieribus vendunt; nam omnia quibus matronæ utuntur, *nugas* Plautus voluit appellare. Non. Marc. all. h. t." Et sic Com: Ms: "Qui *vendunt* res nugales, sicut res pueriles." Noster Hare, "*Nugigerulis*; quidam Codd: *nugivendis*, atque ita apud Nonium, quod cum Lambino malim." Equidem utramque vocem esse ex Plauti manu suspicor, qui primum *nugivendis*, post autem, (ut exquisitius,) *nugigerulis*, edidit.

480. Crocotis.] Supra 475. "*Crocota*" ait Nonius, "est genus vestis crocei coloris." Vide in Nott. Critt.

— Strophiis.] Supra 470. Vide in Nott. Critt.

481. Cedit.] Fere eodem sensu quo Supra 8, *Incedit;* et 475, *Incedunt.* Sic Asin. 386. "Si Æacidinis minis animisque expletus *cedit.*" Cas. 337. "At candidatus *cedit* hic mastigia." Mil. 890. "Lepide hercle ornatus *cedis.*" Pseud. 955. "Non prorsus, verum ex transvorso, *cedit,* quasi cancer solet." (He *crawls* sideways like a crab.) Hor. Sat. II. 1. 65. "Nitidus qua quisque per ora *Cederet.*" (Walks presumptuously.)

482. Putatur.] *Is cast up; computed. Putare* et *disputare rationes,* est idem quod subducere rationem. *Putare* est proprie, purum vel *putum* facere; ut ait Gron: ex Varr. Lib. II. R. R. Cap. 2. Citans Mostell. 292. "Etiam nunc decem minæ apud te sunt: vel *rationem puta.*" Trin. 386. "Postquam comedit rem, post *rationem putat.*" Cic. Att. IV. 11. "Ut *rationes* cum publicanis *putarent.*" Adde, sis, Cas. 446. "Quom eam mecum *rationem puto.*" Gloss. Cod. H. 6; "*Putare,* colligere, conferre. Non. all. h. t. Item, animo disputare, existimare."

483. Dari.] Pro *daturum iri.* Infra 558.

485. Ultro.] *Prior.* Qui est sensus frequens apud Latinos, vix Anglice reddendus. Vide in Nott. Critt.

487. Hæc.] Antiqu. pl. pro *hæ.* Curc. 39. "Lenonis *hæc* sunt ædes."

490. Mactant.] *Overwhelm.* "*Mactare,* malo afficere. Non. all. h. t." Gloss. Cod. H. 6. Quasi *magis augent;* sed malo sensu. Sic Curc. 538. "Non mediocri te *macto* infortunio." Pœn. 386.

"Divitem audacter solemus *mactare* infortunio." Hæc et alia citat GRON: in Lect. Plaut. ubi fusius de hac voce disputat.

491. Quid agis?] *How do you do?* Men. 62. G.

494. Aliquanto.] *A good deal, considerably.* Valet, credo, fere semper *multum, valde;* et adhibetur ubi sententiæ vim haud parum *augere* volunt scriptores. Exempla semel operæ pretium erit conferre. Liv. I. 13. "Quum haud dubie *aliquanto* major," etc. (*Much* greater.) Id. IX. 7. "Caudinæque pacis *aliquanto* Samnitibus, quam Romanis, tristiorem memoriam fore." (*By far* more painful.) Cic. Fam. IX. 26. "Sed etiam intra legem, et quidem *aliquanto.*" (And a good deal too.) Id. Procem. Lib. II. De Invent. "Non tantopere in vitiis perseverarent; *aliquanto* [h. e. magnopere,] levius ex inscientia laborarent." Quint. Inst. Lib. I. XII. sub init. Nost. Asin. 568. "*Aliquanto* amplius valerem, si hic maneres." (All the better.) Cist. 229. "Atque *aliquanto* facilius." (A good deal rather.) Epid. 373. "Atque *aliquanto* lubentius." (Far more willingly.)

495. Nitidior.] *More sumptuous.* GRON: Lect. Plaut. "*Nitidiorem esse* significat, liberalius genio indulgere, cœnare lautius, sumptum facere in curanda cute. Sic Pseud. 775. "Ut curer *nitidiuscule.*" Cist. 10. "In prandio nos lepide atque *nitide* accepisti." Mart. Ep. IV. 54. 8. "Lautior et *nitido* sis Meliore licet."" Addas Hor. Ep. I. IV. 15. "Me pinguem et *nitidum,* bene curata cute vises." h. e. bene cultum. Id. Ep. I. XV. 46. "*Nitidis* fundata pecunia villis." i. e. splendidis, lautis.

496. Pro re.] "Secundum statum ac conditionem." COM. Ms. Vide Nott. Confert GRON: Hor. Sat. I. II. 19. "At in se *Pro quæstu* sumptum facit." (Lives *up to* his income.) Adde Nost. Mil. 911. "Nunc hæc carina satis *pro re* fundata, et bene statuta est." Pseud. 850. "Verum *pro pretio* facio ut opera appareat." (In proportion to my pay.)

— Nitorem.] Vide in voc. *nitidum* versu præced. Iterum Gron: "Sic *nitor* significat liberalitatem et splendorem in victu, et instrumento domestico." Hor. Sat. II. II. 128. "Quanto aut ego parcius, aut vos, O pueri, *nituistis*?" (Have fared.)

— Gloriam.] *Magnificence.* Simile nos aliquando vocabulum, (*bravery,*) adhibemus, pro eo quod est *splendorem, magnificentiam.*

— Pro copia.] Citat Gron: Liv. XXVI. "Primitias frugum eo, donaque alia, *pro copia,* portantes." et Lib. XXVIII. "Ludi funebres additi *pro copia.*"

499. Opinione melius.] *Better than is expected of us.* Vide Nott. Adde, Amph. 391. "*Prius tua opinione* hic adero." (Sooner than you expect me.)

— Res structa.] Alluditur ad sumptus epulis pertinentes, quod ait Men. 26. "Tantas *struices* concinnat patinarias."

507. Furum implevisti.] Eadem constructio Amph. 317. "*Erroris* ego illos et *dementiæ complebo.*" Pœn. 1148. "*Replebo atritatis.*" Virg. Æn. I. 215. "*Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinæ.*" Liv. XXVI. 19. "*Impleret* homines *certioris spei.*" Vide Infra 777.

509. Senis manibus.] *Six hands apiece. Seni,* numerale distributivum. Plin. N. H. Lib. XI. 43. "Digiti quibusdam in manibus *seni.*" (Six fingers on *each* hand.) Ita usurpantur, *bini, terni, quini,* etc.

510. Oculeus totus.] *All eyes.* Hyperbole. Plus igitur *oculeus* quam *oculatus.* Apul. Met. Lib. II. ad med. "Vides hominem insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo, vel Argo, et *oculeum totum.*"

Ter. Andr. I. 1. 90. "*Effertur*, imus...ad sepulcrum venimus." Juv. Sat. I. 72. "Per famam et populum nigros *efferre* maritos." Id. XIV. 220. "*Elatam* jam crede nurum, si limina vestra Mortifera cum dote subit." Noster Asin. 591. "Utinam sic *efferamur!*" Epid. 170. "Uxorem quam *extulisti*."

526. Unum.] Supra 38. Gloss.

— A me.] A domo mea. Men. 20. G. Adde, sis, a Gronov: Lect. Plaut. Cic. pro Mil. "Aricia rediens divertit Clodius *ad se* in Albanum." in villam scilicet suam in Albano. Id. Epist. ad Terent. "Postridie intellexi quam *a nobis* discessi." i. e. domo nostra. &c.

528. Madidum.] *Drunk.* Gloss. Cod. H. 6. "*Madidus*, infectus vino, vel qualicunque re." Cui contrarium est *siccus;* (Sober.) Hor. Od. IV. v. 39. "*Sicci* mane die, dicimus *uvidi*, (h. e. *madidi*,) Cum Sol Oceano subest." Ubi alia exempla ex eodem contulerunt Interpp. Adde Sat. II. 1. 9. "*Irriguum*que mero sub noctem corpus habento." Hinc luditur in voce Amph. 849. "Faciam, ut sit *madidus* sobrius." Sic in scena festivissima Pseud. 1292. "Non vides me, ut *madide madeam?*" Vulgo nos in re simili dicimus, *To moisten one's clay.*

— Si vivo.] "Ita recte Codd. Conf. Bacch. IV. v. 6. [730. B.] "Vorsabo ego hodie illum, *si vivo*, probe." " Hare. Vide in Nott. Critt.

530. Deponat.] *Lay me on my back, for dead.* Eo sensu quo corpus *positum* aut *compositum* dicebatur, ubi mortuum erat; E. g. Ov. Heroid. x. 122. "*Positi* artus." Hor. Sat. I. ix. 28. "Omnes *composui*." Virg. Æn. II. 644. "Sic, o, sic *positum* adfati discedite corpus." Pers. Sat. III. 104. "Alto *compo-*

situs lecto." Adde ex GRON. Lect. Plaut. Æn. XII. 395. "Ille ut *depositi* proferret fata parentis." Ov. Trist. III. 3. "*Depositum* nec me qui fleat ullus erit." Cic. Verr. I. 2. "Maxime ægram et prope *depositam* reipublicæ partem." Aurel. Victor. Cap. LXXI. "Cœpio, cum aliter vincere non possit, duos satellites pecunia corrupit, qui Viriathum *vino depositum* interimerent." i. e. ebrium.

— Affectat viam.] *Aims at this.* Men. 588. G. ubi citatur locus ex Virg. Georg. IV. 562; in quem observat Noster HARE citare Philargyrium, "Ut me *deponas* vino, eam *affectas* viam:" non *deponat*, et *affectat*.

534. Eo lavatum.] *I go to bathe.* Pro *ibo*, more loquendi apud Comicos usitato. Hor. Sat. I. VI. 125. "Ubi me fessum sol acrior *ire lavatum* Admonuit."

535. Edepol næ.] Men. 83. G. Infra 564.

— Aula.] Olla. Supra 344. G.

539. Sis.] Pro *si vis*. Supra 7. 102. Etc.

540. Mutassis.] Pro *mutaveris*, vel *mutes*. Men. 323. G. Infra 562. 565. 731. "*Indicassis*." Pseud. 12. "*Prohibessit*." Ib. 35. "*Servassint*." et 225. "*Curassis*." &c.

— Concreduo.] Pro *concredo*. Ἀρχαικῶς. Iterum Cas. 370. "Ei ego amorem omnem meum *Concredui*." pro *concredidi*. Bacch. 469. "Nunquam quisquam *creduat*." Cæterum Vide Men. 223. G. in voc. *Perduint*.

542. Frugi.] *Honest, steady.* Men. 478. G.

— Persequor.] "Diligenter exsequor." COM. Ms.

543. Molestiæ habeat.] *Think a bore.* Curc. 502. "Odio et malo et *molestiæ,* bono usui estis nulli." De lenonibus.

545. Matura.] *Quickly, expeditiously.* Opponitur τῷ *sera.* Sic Curc. 384. "*Mature* esurit." (He *soon* starves.)

— Capessere.] *To undertake; execute.* Perficere. Non. C. IV. 84. all. h. t. et Virg. Æn. Lib. I. 77. "Mihi jussa *capessere* fas est."

546. Dormitet.] *Doze.* Plus enim *dormio* quam *dormito.* Hoc sensu notissimum illud "Quandoque bonus *dormitat* Homerus." Hor. A. P. 359. (Is drowsy, nods.)

547. Quasi.] *As.* Sensu *velut; quemadmodum.* Infra 550. Men. 148. "*Quasi* mare, omnes circumimus insulas." Pseud. 955. "Ex transvorso cedit, *quasi* cancer solet."

550. Scirpea ratis.] *A raft of rushes.* Quod ait Arist. Pax. 683. "Ἐπὶ ῥιπὸς πλεῖν." De *scirpo,* Vid. in Men. 164. G. Cæterum h. l. *scirpea ratis* corticis seu suberis officio fungitur, quibus olim, ut hodie factum est, ad nandum pueri utebantur. Hor. Sat. I. IV. 120.

552. Pessum.] Est adverb. quod quidam explicant quasi sit ἐς βύσσον, h. e. *funditus;* alii pro, *sub pedibus,* sumunt; quæ est melior ratio, si verum sit etymon τοῦ *pessulus,* Supra 65; qu. vid. Cæterum istæ phrases, *pessum ire, pessum abire, pessum dare,* etc. sæpe apud Nostrum occurrunt.

555. Censione bubula.] H. e. *plagis, verberibus.* Vide Nott. et conf. Asin. 19. "Apud fustitudinas ferricrepinas insulas: Ubi vivos homines *mortui* incursant *boves.*" Scilicet scuticæ e corio bubulo. Pœn. 11. "Heri in tergo meo Tres facile *corios*

contrivisti *bubulos.*" i. e. lora, flagra. Juv. Sat. VI. 492. "*Taurea* punit Continuo flexi crimen facinusque capilli."

556. Compedes.] *Fetters.* Men. 4. G.

561. Arbitrarier.] *Arbitrari;* arbiter esse; *be a witness.* GRON: Lect. Plaut. "*Arbitrari,* hic idem est quod inspicere, contemplari. Nam *arbitrum* utique, aut judicem, cognoscere probe et inspicere rem decet, antequam *arbitretur* rem, et judicet. Hinc *arbiter* pro eo, qui videt, vel audit. Hor. Ep. I. XI. 26. "Locus effusi late maris *arbiter.*" i. e. ex quo late in mare prospicere possis. Plin. Lib. V. 27. "Taurus mons innumerarum gentium *arbiter.*" ["Where Andes, giant of the western star, *Looks* from his throne of clouds *o'er half the world.*" Campb. Pleas. of Hope.—"While over-head the moon sits *arbitress.*" Milt. Par. Lost. I. 785.] Noster Mil. 158. "Mihi quidem jam *arbitri* vicini sunt." Cas. 2. Trinum. 125." Addas Apul. Met. Lib. I. "Curiose *arbitrabar* jugulum comitis." (I examined attentively.) Ib. II. "Editiorem quendam lapidem insistens, cuncta curiosis oculis *arbitrabar.*" Alia exempla ex eodem auctore contulit Lambinus. Vide Nott.

562. Indicassis.] Pro *indices,* vel *indicaveris.* Supra 185. 540. Infra 565.

564. Prædam agat.] "*Agere prædam,* (ait GRON: Lect. Plaut.) propria phrasis est de alienas terras, agros, villas, populantibus et diripientibus. Liv. Lib. I. "Romani ex Albano, Albani ex Romano *prædas* invicem *agerent.*" Tac. Hist. IV. "Vastari Ubios Treverosque jubet: *actæ* ubique *prædæ.*" Just. XXII. 6. "*Prædas* ingentes *agit.*" "Græci dicunt λεηλατεῖν: quod notat LAMB. citans Cæs. Lib. VI. "*Præda* ex omnibus locis *agebatur.*" Corn. Nep. XIV. Cap. 10. "*Magnas prædas agit.*" Ubi tamen alii *capit* legunt, fortasse ex interpretatione, ut fit, vocis rarius hoc sensu usitatæ.

565. **Prohibessis.**] Pro *prohibeas.* Ἀρχαϊκῶς. Supra 540.

566. **Rem divinam faciam.**] Vide Nott. Sic Amph. 814. "Ego *rem divinam* intus *faciam.*" Rud. 13. "Ubi *rem divinam se facturum* dixerat." Id. 48. 257. 261. Et quidem passim. Cic. Att. IV. 16. init. "Ad *rem divinam* dicit se velle discedere." Plura exempla videsis apud Gron: Lect. Plaut. *Facere* autem h. l. valet fere id. quod Infra 576; ubi Vide Gloss.

569. **Luco.**] Cum vulgo obtineat *lucum* a *non lucendo* derivari, Servius melius a *lucendo* deducit, quia in iis mos fuit *lumina,* religionis causa, accendere.

570. **Facinus.**] Supra 414. G.

575. **Reperero.**] Quæri potest num hac voce de industria usus sit Noster, cum in versu præcedenti *inveniam* dixerit. Plerumque enim *invenire* de rebus novis, nec prius notis, dicitur, (unde Anglice *to invent;*) contra *reperire,* proprio sensu, est *amissum aliquid recipere.* Exempla cuivis facile occurrent, sed tamen haud raro promiscue vel apud optimos auctores usurpantur. Aliter distinguit Facc: in voce *invenio,* sed recte, opinor, negat eam quam profert significationis varietatem exemplis comprobari posse.

576. **Mulsi.**] Aliud est Anglicum *mead,* quod quidam perperam in interpretatione τοῦ *mulsi* proferunt. Hor. Sat. II. iv. 26. "Leni præcordia *mulso* Prolueris melius." h. e. vino mellito. Quod ait Sat. II. ii. 15. "Nisi Hymettia *mella Falerno* ne biberis *diluta.*"

— **Congialem.**] Congium continentem; congii capacem. *Congius* autem sextarios sex capit; qui inde nomen habet, quia pars *sexta* sit congii. (Rather more than a gallon English; *about nine pints.*)

— **Faciam.**] *Facere* hoc sensu valet id. qu. Græcum ῥέξαι. Hom. Il. I. 147. "Ἱερὰ ῥέξαι." Ibid. 315. et 444. "Ἱερὰν ἑκατόμβην ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν." etc. Non. c. IV. 217. "*Facere*, rem divinam religionibus exhibere;" citato nostro loco, et Virg. Ecl. III. 77. "Cum *faciam* vitula pro frugibus." Nost. Rud. 614. "Tun' nobiscum hic diis *facere* postulas?" Stich. 230. "Quot agnis *fecerat*? Ca. Illa quidem nullum sacruficavit."

— **Fideliam.**] *A pot, vase.* "Vas fictile, ad reponendum vinum proprie." Com. Ms. Pers. Sat. III. 22. "Viridi non cocta *fidelia* limo." et. V. 183. "Tumet alba *fidelia* vino." Adagium apud Cic. Epist. Fam. VII. 29. "Duos parietes de eadem *fidelia* dealbare." Ubi alienis usibus inservit; et sic Non. c. XV. 5. "*Fidelia*, Samium vas, ad usus plurimos." all. h. t.

578. **Non temere.**] Supra 141. G.

— **Læva manu.**] *Lævum* seu *sinistrum* sæpissime de rebus inominatis et infelicibus usurpari, notissimum est. Exempli loco erunt: Hor. Sat. II. iv. 4. "Cum te sic tempore *lævo* Interpellarim." Ars Poet. 301. "O ego *lævus*." Virg. Ecl. I. 16. "Si mens non *læva* fuisset." Georg. IV. 7. "Si quem Numina *læva* sinunt." h. e. adversa. Pers. Sat. V. 164. "Rumore *sinistro*." (ill-fame.) etc. Quum autem apud Græcos omina a *læva* essent prospera, (unde εὐώνυμος pro *lævus* ponitur,) haud raro fit in Nostri fabulis, Latine ex Græco sermone redditis, eorum morem servari. Hinc in Epid. 178; et Pseud. 763. "*Avi sinistra*," est pro *bonis auspiciis*. etc. Cæterum Vide in Nott.

579. **Crocibat.**] Ἀρχαϊκῶς pro *crociebat;* [ut Infra 711. *scibas*. &c.] a *crocire* id. qu. crocitare. Nonius, (quem citat Lamb: et Gloss. Cod. H. 6.) ait, *crocitum* esse propriam *corvorum* vocem; (croaking.) Græce κρώζειν. Vide Nott. Critt.

580. Artem facere ludicram.] Vide Nott. Simplicius in Cist. 280. "Cor salit." Adde Cas. 252. "Fodico corculum: *adsultascit* jam ex metu." "*Ludicra*, est ars præstigiatoris." Com. Ms.

581. Emicare.] *To leap; shoot rapidly up.* Salire. Ov. Met. I. 27. "Ignea convexi vis et sine pondere cœli *Emicuit.*" (Bounded upwards.) Hoc sensu verbum *micare* in proverb: "Quicum in tenebris *mices;*" quod dicitur de digitis rapide, et pene saltantium more, sursum deorsum porrigendis.

583. Peris.] *You shall die for it.* Pro *peribis.* Frequens apud Nostrum est usus præsentis pro futuro; [Vide in Men. 79. etc.] Pseud. 1164. "Quam mox mi operam *das?*" pro *dabis.* Juv. Sat. IV. 130. "Quidnam igitur censes? *conciditur?*" (*Shall it* be cut up?)

584. Præstigiator.] *Præstigiæ*, sunt γοητεύματα, (mountebank's tricks,) a *præstringo*, quia aciem oculorum *præstringant.* Amph. 630. "*Præstigiatrix* mulier."

585. Mala crux.] *Curse, plague.* Vide Nott.

587. Verberabilissume.] *You whipping post.* Μαστίγων ἀξιώτατε. *Verberabilis*, est μαστιγώσιμος, verberibus dignus. Gron. Ridicule autem hujusmodi superlativis utuntur Comici. Vide Men. 600. "*Exclusissumus.*" Cas. 573. "*Occisissumus.*" Pœn. 1053. "*Patruissume.*" Infra 679. 780.

— Etiam rogitas?] *What, do you still ask? Etiam* cum indignatione dictum. Sic, Amph. 223. "*Etiam* clamas, carnufex?" 228. "*Etiam* muttis?" &c.

588. Sis.] *Si vis.* Supra 7. 102. Infra 592.

590. Ecquid agis?] Formula, *do you mind what I say?* Similiter *hoc agis, hoc age;* etc. Contrarium est *aliud agis, alias res agis,* (You are not attending.)

591. Pone.] *Drop it.* Depone. Citat LAMB: Hor. Ep. I. XVI. 35. "*Pone,* meum est, inquit. *Pono,* tristisque recedo." Sed cum longe aliud significet hoc verbum, eo sensu nequam servus ridiculi causa accipit.

— Datare.] Eo sensu quo "*datatim ludere*" in Curc. 300. ubi *datores* et *factores* sunt qui "faciant victibus" ut ait Juv. Sat. VII. 240. i. e. agant ac patiantur. Idem est in Cas. 253. "Qui didicit *dare.*"

592. Cavillam.] *Quibbling.* Captationes. "*Cavilla,* derisio." Gloss. Cod. H. 2. Fest: "*Incavillatio,* per despectum irrisio." in quem DAC: *Cavillatio,* frustratio, per fraudem irrisio. Glossarium, *Cavillatio,* ἐνέδρα, ἀπάτη: i. e. insidiæ, fraus. Papiam citat in marg. Cod. H. 6. "*Cavilla,* cavillatio. *Cavillatio,* calumnia, jocus urbanus. *Cavillator,* mordet, deridet. *Cavillum,* jocus cum convicio."

596. Larüæ.] *Larvæ.* Hinc "*Larüatus.*" Men. 789. GRON: Lect. Plaut. "*Larvis atque intemperie agitari,* significat insanire, mente motum esse per occursum larvarum, id est spectrorum. Capt. 525. "*Larüæ* stimulant virum." Ovid. Ib. "Factorum veniam memor umbra tuorum, Insequar et vultus ossea *larva* tuos." Apul. Apolog. "Mercurius tibi pro isto mendacio, quicquid umbrarum est usquam, quicquid lemurum, quicquid *larvarum,* oculis tuis ingerat."

598. Fatere.] *Make confession.* "*Fatemur* enim coacti." Vide Gloss. in Men. 545. Infra 691. 695. Exemplo erit, Hor. Sat. II. I. 76. "*Invita fatebitur* usque Invidia." Contra, Apul. Met. Lib. III. "Ego, inquit, ipsa *confiteor ultro.*"

600. Pallium.] *Mantle.* Ἱμάτιον. Græcorum proprie vestimentum, (ut *toga* Romanorum,) et tum virorum tum mulierum. Men. 560.

601. Tuo arbitratu.] *At your pleasure.* Men. 15. Infra 608.

— Tunicas.] *Tunica* interius, ut *pallium* exterius gestabatur; unde Proverb: "*Tunica pallio propior est.*" Græce χιτών. Cæterum nugatur Lambinus de plurali *tunicas* pro *tunicam* usurpato. Utrumque apud Nostrum promiscue occurrunt. E. g. Amph. 215. "*Tunicis* consutis huc advenio." et 216. "Certo pedibus, non *tunicis,* venis."

602. Vah.] *Oh! indeed!* Interjectio h. l. stomachantis et indignantis.

603. Sycophantias.] *Your tricks.* "Deceptiones." Com. Ms. De voce *Sycophanta,* (An impostor, cheat,) Vid. Men. 177. G. Unde *sycophantiæ,* fallaciæ, fraudes, doli sycophantarum.

605. Mitto.] Pro *omitto,* Non. c. IV. 304. all. h. t. et Virg. Æn. XI. 256. "*Mitto* ea, quæ muris bellando exhausta sub altis." Adde Hor. Od. I. xxxviii. 3. "*Mitte* sectari, rosa quo locorum Sera moretur." Etc. Hinc et phrasis orta, *missum face,* pro *omitte.*

— Nugas agis?] *Are you trifling with me?* Nugaris? Men. 523; et sqq.

608. Tuo arbitratu.] Supra 601.

610. Turbat.] Turbas ciet. Men. 388. G.

611. Postremo.] *At last.* Jam tandem.

— Perscrutavi.] *Perscrutatus sum.* Rarius in activa voce reperitur. Citat Non. Cap. VII. 6. "*Scruto,* Plautus Aulul. "Post-

remo hunc jam *perscrutavi.*"" Idem habet, *eluctavi,* pro eluctatus sum; *auspicavi,* pro auspicatus sum; *aucupavi; dignavi;* &c.

613. Socienno.] *Accomplice.* Socio tuo; conscio. Amph. 231. "Amphitruonis *sociennum.*" Non. Cap. II. 793. (quem citat Gloss. Cod. H. 6.) "*Socienno,* pro socio. Plautus Aulul. "Ibo intro, atque illi *socienno* tuo jam interstringam gulam."" Ubi observandum *hinc* omissum esse, melius quidem ad metrum, nec ad sensum deterius. Vide Nott. Critt. Et præstat sic legere, quam quod jubet Noster HARE, "Metrum postulat *socio,* et sic plures Codd."

— Interstringam gulam.] *Will throttle.* Frequentius *obstringam:* Amph. 801. "Amphitruonem *collo* hinc *obstricto* traham." Idem est Sall. Cat. LV. fin. "Laqueo *gulam fregere.*"

614. Fugin' hinc, etc.] Confert Noster HARE, Cas. II. IV. 23. [193. B.] "Abin' hinc ab oculis?"

615. Emortuom.] Men. P. 36. Vide Nott. Critt. Habet COM: MS: simpl. *Mortuum.* Et sic legitur in loco consimili Amph. 865. "Nam me, quam illam quæstionem inquisitam hodie amittere, *Mortuom* satius 't."

— Mavelim] *Malim;* magis velim.

616. Dem insidias.] *Insidias dare,* pro insidiari. Citat GRON: Mil. 305. "Eadem illi *insidias dabo.*" Pseud. 593. "*Dabo* hinc *insidias.*" Ib. 1238. Etc.

619. Attat!] *But hark!* Supra 367.

620. Tantisper.] *Meanwhile.* Gloss. Cod. H. 1. "*Interim.*" I. e. dum aurum profert senex. Plerumque hoc adverbium cum particulis *dum, quoad,* et simill. conjunctim legitur.

— Concessero.] *Will step aside.* Men. 81-2.

622. Sublevit os.] Fucum fecit; illusit. Vide Nott. "*Sublinere, vel oblinere os alicui,* frequens apud Plautum pro *decipere.* Translatum ex more, quo veteres, imprimis puellæ virum quærentes, faciem linebant, ut nævos occultarent, aut pulcro colore essent. Hinc *os sublinere* dicebant proprie de eo, qui simulans se os alicui pingere ad decorum, illud ridiculis picturis deturpabat. Nonius, [Cap. I. 219.] a ridiculo quodam lusus genere deducit, quo dormientibus, aut alioquin imprudentibus, ora pingebantur. Cujus rei vestigium est apud Virg. Ecl. VI. 22. "Sanguineis frontem moris et tempora pingit." " GRON: Lect. Plaut. qui exempla ex Nostro collegit: quibus addas, Curc. 590. "Siccine mi *os* esse *oblitum?*" Epid. 483. "Senex, tibi *os* est *sublitum* plane et probe." Mil. 110. "*Sublinit os* illi lenæ." 153. "Ita *sublinetur os* custodi mulieris." &c.

— Penissume.] *Well nigh.* Vide in Nott. et Supra 420.

624. Nimis.] Valde. Supra 451.

625. Indicium fecit.] *Gave warning.* Pro *indicavit.*

626. Duim.] Supra 23. G.

— Perduim.] Vide Nott. Sic Capt. 532. "*Creduis.*" pro *credas,* vel *credideris.*

628. Lucus.] Supra 569. G.

630. Certum est.] Stat sententia; decretum est. Men. 871. Infra 635. Amph. 896. "*Certum est,* introrumpam in ædes." Etc.

631. Euge, euge.] Rud. 81. "Euge, euge! perbene!"

635. Malam rem.] *Plagas,* aut tale aliquid. Supra 437.

636. Juxta.] "Similiter." Non. Cap. IV. 233. qui citat hunc textum, et Trinum. "*Juxta*que eam curo *cum* mea."

— Tenes.] *You understand; are possessed with.* Hoc sensu passim apud Nostrum, et vel absolute, vel cum casu, occurrit. Cist. 277. "Rem *tenes.*" 341. "*Teneo* istuc satis." Curc. 44. "Recte *tenes.*" &c. Infra 739.

637. Super.] *Respecting.* Quod attinet ad. Com: Ms: "*Super,* de; ut Virg. Æn. I. 750. "Multa *super Priamo* rogitans, *super Hectore* multa."

638. Fac mentionem cum.] *Communicate with.* Hanc syntaxin, pro agere cum aliquo verbis, dicere apud aliquem, notat Gron: citans Cist. 134. "Sæpe mecum *mentionem fecerat.*" Ad verbum nos, *Make mention.*

639. Resecro.] *I unask.* Fest: *Resecrare,* solvere religione. In quem observat Dac: "Ea superstitione imbutos fuisse Veteres, ut si quis *obsecro* dixerat, eum quem alloquebatur obstringere obligareque quodam sacramento et jurejurando videretur, unde liberari non posset, nisi idem, qui obsecraverat, *resecraret,* id est, ea religione solveret." Citat Facc: Corn. Nep. in Alcib. Cap. VI. ad fin. "Iidemque illi Eumolpidæ sacerdotes rursus *resecrare* [vel *resacrare,*] sunt coacti, qui eum devoverant." i. e. devotione liberare. Notandum tamen est, verbum *resecrare* pro *re obsecrare* usurpasse Plautum in Pers. 48. "Obsecro, *Resecroque* te, operam da hanc mihi fidelem." (I implore you again and again.) Unde nostro equidem loco, (absque Festi auctoritate esset, qui eum superiore significatione accepit,) haud invitus *resecro* pro eo quod esset *iterum iterumque obsecro*

intellexerim. Et sic Codd: nonnulli habent in margine, "*Resecrare,* pro iterum obsecrare; rursus obsecrare; re-obsecrare; etc."

640. Facta velle.] Supra 104. Significat autem, velle me ut tu eam uxorem duceres. Com. Ms.

641. Istuc.] *Istud.* Infra 649.

— Impetrassere.] Pro *impetraturam esse.* Men. 439. 954. Curc. 72. Amph 56. *Dare* pro *daturum;* 57. *Expugnassere,* pro *expugnaturum.* Ov. Met. IX. 444. "Credensque suis *insurgere* regnis." pro *insurrecturum.*

645. Obsecro.] Dolentis exclamatio. Men. 914. Sic et Amph. 146. "*Obsecro* hercle, quantus, et quam validus est!" (Good heavens!)

— Uterum.] Neutro et masculino genere usurpatur. Non: Cap. III. 258. all. h. t.

646. Juno Lucina.] *Juno* a juvando dicta; *Lucina* quia in *lucem* proditurо infantulo succurrit. Vide in Nott. Sic Catull. Carm. 32. 13. "Tu, *Lucina* dolentibus *Juno* dicta puerperis." Virg. Ecl. IV. 10. "Tu modo nascenti puero,...Casta, fave, *Lucina.*"

653. Injurium.] *Wrong, not fair.* Injustum. Vox sæpe apud Nostrum occurrit. E. g. Cist. 103. "Nihil amori *injurium* est." Curc. 65. "*Injuriu's.*" i. e. Injuste agis.

655. Pici.] *Griffins.* Vide Non: Cap. II. 641. cit. apud Nott. Critt. Gloss. Cod. H. 2; "*Pici,* quæ griphes dicuntur, quadrupedes sunt belluæ, et viribus et forma terribiles; quippe corpore sunt leonis, rostro, alis, et pedibus aquilæ. Sunt autem in Hyperboreis montibus in Scythia, ubi et gemmas ibidem nas-

centes observare dicuntur: adversus eos Arimaspi populi pugnant, gemmasque illis auferunt." Herodotus etiam Γρύπας χρυσοφύλακας memorat apud Arimaspos gentem Scythicam. SCAL. Citat LAMB: Plin: Lib. VII. cap. 1. "Arimaspis assidue bellum esse circa metalla cum *gryphis,* ferarum volucri genere, quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate." &c. Apud Festum Lib. XIV. est, "*Picati* appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem sphingum, quod eas Dorii *phicas* vocant." In quem notat Anton. August. "Apud Hesychium: φίκα, φίγα, et σφίγγα. Hesiodus in Theogon. φῖκ' ὀλοήν. Lycophron in fine Alexandræ: φίκειον τέρας. *Picas* vero pro *phicas* dici, ut *Pœnos,* [a P*h*œnicibus,] et *Alpes,* et *Pilippum,* et *triumpum,* manifestum est."

— Aureos montes.] "Sunt quidam montes in Scythia, qui appellantur Hyperborei, super quibus stant griphones, qui non patiuntur gemmas natas in illo loco in illis montibus surripi." COM. Ms. Vide Nott.

— Colunt.] *Inhabit.* Supra Prol. 4. G.

656. Solus.] Adhibetur hæc vox, sicut et aliquando *unus,* ubi miram et singularem felicitatem exprimere volumus. E. g. Hor. Sat. I. III. 125. "Et sutor bonus, et *solus* formosus." i. e. præ aliis, præstantissime formosus. Ib. Sat. II. VI. 57. "Mirantur ut *unum* Scilicet egregii mortalem altique silentî."

658. Lepidum.] *Jolly, joyful.* Men. 71. Hoc loco *lætum;* alio sensu Supra 451.

662. Deorsum duco.] Id. qu. *deduco,* in Curc. 365. "*Deduco* pedes de lecto clam."

666. Attat.] Supra 367. 619.

672. Novi—scio.] Videntur proprie inter se hæc vocabula ita distingui, ut posterius *absolute*, prius *cum casu* plerumque construatur. Quanquam aliquando conjunctim sine casu, et nonnunquam promiscue usurpata inveniuntur.

673. Vestitu et creta.] Pro *cretatis vestibus*, per figuram ἓν διὰ δυοῖν, cujus passim exempla apud Poetas, et reliquos nonnunquam scriptores, occurrunt: Notissimum illud Virg. Georg. II. 192. "Pateris libamus et auro." pro *aureis pateris*.

— Creta.] Quia *candidus color* pro honesto sumebatur, ita mos fuit, quicquid bonæ notæ existimabatur, *creta* seu albo designare. Hinc Hor. Sat. II. III. 246. "*Creta* an carbone notandi?" Pers. Sat. V. 108. "Illa prius *creta*, mox hæc carbone notasti?" Et Sat. II. 1. "Diem numera *meliore lapillo*." i. e. albo, quia bonum, faustum, et felicem. Contra *niger* pro nequam sumitur. Hor. Sat. I. IV. 85. "Hic *niger* est." et v. 91. "Infesto *nigris*." i. e. malis. Inde, quia speciem honesti aliquando præ se turpes et inhonesti ferebant, in proverbium pene evasit *creta se occultare*, quo sensu Noster usurpavit. Sic et in fabula sua Pers. 74. "Qui hic *albo rete* aliena oppugnant bona." Cum quo loco confert Scaliger, Enn: Med: "*gypsatis manibus*," "quæ translatione dicta sunt de iis, qui dolos suos prætextu exornant, et illis aliquam bonam causam prætendunt, puta, leges et jura, aut simile; quas fraudes εὐπροσώπους καὶ εὐπροφασίστους Græci vocant." Simili sensu in S. Script. dicitur, "Thou *whited* wall." "*Whited* sepulcre." &c.

— Frugi.] *Honest.* Supra 542.

674. Certum est.] Supra 630. 635.

— Esse bonum.] *That you are honest.* Men. 871.

— Et voltu cognosco.] Vide in Nott. Critt. Cæterum, si vera sit hæc lectio, nonnihil confirmat interpretationem quam

jamdiu VV. DD. dederunt in loco vexato, Virg. Ecl. IV. 60. "Incipe, parve puer, *risu cognoscere* matrem." Qui locus, si cum hoc nostro comparetur, non aliam patitur significationem quam, matrem tuam ex illius risu cognoscere, (to recognise her, by her smile.) Non prætermittendum autem quod Plauti locum in utraque sua editione dederit Bothius *e voltu cognosco*, sed, ut videtur, absque MStorum auctoritate.

677. Pessume ornatus.] *In a sorry plight.* i. e. male mulctatus. Ironia, qui est usus participii, minus frequens quidem, sed haud exemplis carens. Ita recte Pareus, "*Ornari* in sequiore sensu, de infortunio." ut nihil opus sit ad ornatum, nuptiarum causa susceptum, referre, cum dixerit Megadorus [v. 495.] eum *nihilo nitidiorem esse filiæ in nuptiis.* Multo minus cum SCHMIED: ad aurum referas, quo pessime se locupletatum queri Euclionem intelligit. Habet quidem Cod. H. 2. *ormatus*, in quam vocem pro gloss: addit in marg: "ὅρμος Græce *portus*, unde *ormatus* ancoris alligatus dictum: sensus ergo, in pessimum devectus portum." Item Cod. H. 6. in marg. "ὁρμάω, impetum facio." sed falsi sunt.

678. Gemiti.] "Pro *gemitus*, NON: all. h. t." Gloss. Cod. H. 6. Sic Supra 44. *Quæsti;* qu. vid.

679. Perditissumus.] Supra 587.

681. Sedulo.] *Carefully.* "Diligenter." COM. Ms.

683. Meo malo.] *At my expense; to my cost.* Supra 379. G. Men. 57.

684. Ejulans.] *Howling, moaning.* ὀλολύζων. Infra 753. *Ejulare* est violente et alta voce plorare. Cic. Tusc. Qu. Lib. II. "Ingemiscere nonnunquam viro concessum est; *ejulare* ne mulieri quidem." Supra 273. Et sic COM: Ms: "*Ejulo*, ad vocem refertur."

685. Oppido.] *Utterly.* Supra 364. G. Asin. 269. "Perii ego *oppido,* nisi Libanum invenio." Epid. 332. "Hoc *oppido* politum est." &c.

689. Mœstitudo.] "Pro *Mœstitia,* Non. Marc. et all. h. t." Gloss. Codd. H. 2. 6.

690. Istuc.] *Istud.* Supra 641. 649. Infra 704.

— Facinus.] Proprio sensu, ut Curc. 24. Infra 753.

691. Fateor.] Vide Supra 598. H. l. autem videtur quasi *ultro fateatur,* nisi plane necessitate *coactus est.* Infra 720, eodem sensu *confessu's* adhibetur.

695. Culpam commeritum.] Confert Noster Hare, Capt. II. iii. 43. [333. B.] "Neque *te commeruisse culpam.*"

700. Apud me.] Supra 200. &c.

— In nervo.] Vide Nott. "*Nervum,*" ait Festus, "appellamus ferreum vinculum, quo pedes impediuntur, quanquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait." In quem Scal: "*Nervus,* Glossarium, *ξυλοπέδη.* Simpliciter veteres Attici *nervum* vocabant *κᾶλον,* h. e. lignum; unde, qui ex lege nexi erant, dicebantur *ἐγκαλοσκελεῖς* in legibus Atheniensium. Glossæ Hesychii: *ἐγκαλοσκελεῖς, οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα, ἐν κάλοις ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας.* In Legg. XII. Tabb: (de criminis convictis,) "Secum ducito. Vincito aut *nervo* aut compedibus. Quindecim pondo, ne minore, aut si volet majore vincito." Unde Terentianum, [Phorm. IV. iv. 15.] "In *nervum* potius ibit." Tertullianus: "Nescio an crus de periscelio in *nervum* se patiatur artari." " Hæc ille. Huc etiam referas locum frustra exagitatum apud eundem Ter. Phorm. III. i. 11. "Vereor, ne istæc fortitudo in *nervum* erumpat denique." ('Bring me to the stocks at last;' vel, ut nos dicimus, 'End at last in the gallows.')

— Enecem.] *Be the death of.* Infra 786. Cas. 125. "*Enecas!*" et passim apud Nostr. Plerumque autem, ut h. l. valet, *citra* quidem *mortem* sed graviter *punire.*

701. Dixis.] Pro *dixeris,* contracte.

704. Istuc.] *Istud.* Supra 690.

705. Luce claro.] *In broad daylight.* Id. qu. *luci,* in re simili, Men. 903. Vide Nott. Critt. Citat Lamb: Non: in voce *Lux.* et Cic. De Off. Lib. III. "*Luce claro* in foro saltet." Adde Cist. 254. "Cum *primo luci.*" Confert Weise Bentleium ad Ter. Adelph. V. III. 55. "Cum *primo luci.*" qu. vid.

— Aurum.] *Jewels of gold.* Ex ornatu muliebri, ut vidimus Supra 454.

710. Purgitant.] Recte Lamb: "*Crebro purgant.* subintell. *se.*" De hujusmodi verbis Vide Men. P. 71. Supra 327, *Rogito.* Infra 774, *Clamitant.* &c.

711. Scibas.] Pro *sciebas.* Supra 579. Amph. Prol. 22. *Scibat.* Men. 536. *Aibas.* &c.

716. Scribam dicam.] Vide Nott. "*Dicam,* libellum accusationis. Græcum est." Com. Ms. Et sic Vet. Gram. "*Dica,* schedula." At Gloss. Cod. H. 6. "*Dica,* significat accusationem capitalem. ἡ Δίκη." Ter. Phorm. IV. III. 63. "Sexcentas proinde *scribito* jam *mihi dicas.*" Et III. II. 92. "*Dicam tibi impingam* grandem."

720. Confessu's.] I. e. *Confessus es.* De *fateor* et *confiteor,* Vide Supra 598. 691.

723. Scio nec novi.] Supra 672. G.

— Cedo.] *Give me.* Supra 114. 589.

725. Tametsi.] Vide Nott. Critt. et Men. 170. Gloss.

727. Rescivisse.] *Had come to the knowledge of.* De vi hujus verbi dictum in Men. 581. G. Adde exemplis ibi citatis, Corn. Nep. XIV. Cap. 2. "Thyus eum clam interficere voluit...Mater autem, quid ageretur, *resciit,* filiumque monuit." (Discovered; received information.)

732. Quiqui.] Pro *quisquis.* Cic. Att. XVI. 8. &c. In Men. 1054, ablativum est. Citat Non: Cap. IV. 158. in voc. *excipere,* "quiqui est;" at Cap. II. 460. in voc. *indipiscere,* citat "cui sit." Vide Nott. Critt.

— Indipisces.] *Will accept.* Sumes; auferes. Com: Ms: "*Indipisces,* divides, vel petes." Non: Cap. II. 460. "*Indipiscere,* petere, usurpare. all. h. t." Vide Nott. Critt. Recte Lamb: *indipisces;* addito, "Utitur autem alibi hoc verbo Plautus tum in eadem voce, tum in passiva. Asin. 261. "Nunquam edepol quadrigis albis *indipiscet* postea." [h. e. obtinebit.] Epid. 439. "Divitias magnas *indeptum.*"

737. Nunc, quid vis?] Vide Nott. Critt. Valet autem hæc phrasis id. quod *Numquid vis?* de qua Vide Men. 242. G. et adde Amph. 873. Me. "*Quid nunc vis?* Am. Sceleste, at etiam *quid velim,* id tu me rogas?" Ubi plane est Mercurii sermo importunum hominem a se cum contumelia dimittere quærentis.

739. Tenes.] Supra 686. Cic. Att. VIII. 11. "*Tenes*ne igitur?"

740. Renuntiare repudium.] Gloss: Cod. H. 2. "*Repudium* inter sponsum, et sponsam nondum conjunctos dicitur; *divortium* vero inter conjunctos." Ita quoque Gron: Lect. Plaut. "*Repudium renuntiare* vel *remittere,* est cum desponsa pactaque futurum matrimonium dirimere. Proprie enim *repudium remitti-*

tur sponsæ, *divortium* fit cum uxore. Sed etiam de matrimonio usurpatur *repudiare*, non recte autem a sponsa dicitur *divortere*. Cic. In Topic. "Si viri culpa factum est *divortium*, et si mulier *nuncium remisit*." Truc. 809. "Ego adeo jam illi *remittam* nuntium affini meo." Translate usurpatur de quacunque re, studiove, quod deserimus." Ter. Phorm. IV. III. 72. "Illis *repudium renuntiet:* Hanc ducat." Ib. V. VII. 35. "Cum ego vostri honoris causa *repudium* alteri *remiserim*." Infra 756.

741. Exornatis.] *Got ready.* Supra 114. "*Nuptias adorna.*" qu. vide. Gloss: Cod. H. 6, "*Exornare*, ornare; ut exstruere, instruere. Non. et all. h. t." Loc. cit. est apud Non. Cap. II. 287; qui etiam confert Cic. Tusc. Lib. II. [14.] "Modo est aliqua patientia: si nulla est, quid *exornatur* philosophia?" Ubi alii, "quid *exornamus* philosophiam?" i. e. colimus, ei operam damus.

742. Perduint.] Pro *perdant.* Supra 626.

744. Benedice.] Εὐφήμει. Bonis verbis utitor. Citat LAMB: Cas. 237. "Quid si sors aliter quam voles evenerit? ST. *Benedice!*"

745. Faxint.] Vet. Gram. "*Faxo, faxim*, pro faciam vel fecerim: *faxint*, facient, fecerint." H. l. pro *faciant*, ut apparet ex responsione Euclionis. Est autem aliquando pro *fecerint*, ut et *faxo* pro *fecero*. Supra 374. Men. 37. G.

747. Culpam admisit.] Peccavit. GRON: Lect. Plaut. "*Admittere culpam in se* dicitur eleganter pro committere culpam, peccare simpliciter. Amph. 733. "Quæ neque sunt facta, neque ego *in me admisi*, arguit." Ter. Adelph. IV. v. 48. "Me hoc *delictum admisisse in me*, id mihi vehementer dolet." Phorm. II. I. 40. "*Culpam* ut Antipho *in se admiserit*." &c."

753. Ejulas.] Supra 273. 684. Sed Vide in Nott. Critt.

755. Decumo mense.] Vide Nott. Et conf. Virg. Ecl. IV. 61. "Matri longa *decem* tulerunt fastidia *menses*." i. e. justum jam tempus utero ferenti expletum est. Ov. Fast. I. 33. "Utero matris dum prodeat infans, Hoc anno statuit temporis esse satis." i. e. *Menses decem*. Id. III. 124. "Seu quia *bis quino* femina *mense* parit." (In the tenth month.) Id. Met. VIII. 500. "*Bis mensum quinque* labores." IX. 286. "Cum jam natalis adesset Herculis, et *decimum* premeretur sidere signum." Ter. Hec. V. III. 24. "Abhinc *menses decem fere*." Ubi de puella furtim compressa, ut nostro loco, sermo est. Nost. Amph. 328. "Alter post *mense decumo* nascetur puer, Quam seminatus." Ubi constructio est, *decimo mense post quam seminatus est*. Ib. 518. "Ad aquam præbendam commodum adveni domum, *Decumo post mense*." Quod de mense affecto, non exacto, dictum esse, apparet ex priore versu ejusdem fabulæ, jam supra citato.

— Numerum cape.] *Calculate the number*. Mensium, scilicet. Profert LAMB: Non: Cap. IV. 57. hunc locum citantem; et confert Pseud. 595. "Ut ego oculis *rationem capio*." i. e. accipio, colligo.

757. Exquære.] Vide Nott: Critt: Verba ibi citata, sunt, "*æ* transit in *i* productam, ut *quæro*, inquiro, exquiro. *Exquæro*, Plaut. in Aul. Priscianus; all. h. t." Citat HARE Capt. II. II. 43. "Eadem ego ex hoc, quæ volo, *exquæsivero*."

— Perii oppido.] Supra 364. 685.

758. Malæ res.] *Misfortunes*. Pro *mala*, infortunia. Supra 437. G.

760. In vado.] Vide Nott. Metaphora autem non tam de navi quam de naufrago, siquidem navis potissimum in vadis, h. e.

in brevibus atque syrtibus, laboret. Nost. Rud. 87. "At *in vado est:* jam facile enabit." (de muliere e navi ejecta.)

764. Pedissequa.] *Female attendant.* Supra 455.

766. Auro onustam.] Supra 565. 571; "Onustam auri."

770. Contollam gradum.] *I will step out.* Com: Ms: "Simul tollam, eundo ad ipsum." Nonius, Cap. II. 100, interpretatur, *contra tollam.* Lambinus, pro *conferam,* sumit. Sed potius videtur esse pro simpl. *tollam,* ut sit sensus, *bene ambulabo;* nam qui celerius se movent, gradum altius inter ambulandum tollunt; unde "gradus grallatorius" est pro maxime celerrimo, apud Nostr. Amph. et "formicinus gradus," pro tardissimo, Men. 787.

771. Eampse.] *Eam ipsam.* Men. 675. Truc. 95. *Eumpse.* Supra 62.

772. Quin.] *Why not?* Qui non. Men. 164.

773. Igitur.] Gloss. Cod. H. 2. "*Igitur,* positum pro *postea.* Non." (Cap. II. 456.) qui citat Amph. 56; "Sin aliter essent animati, neque dent, quæ petat: sese *igitur* summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere."

— Manu mittat.] Infra 779, 780, et Men. 921, 941; *manu emittere.* Ib. 953; *amittere.* Paul: in Fest: (quem citat Lamb:) "*Manumitti* servus dicebatur, cum dominus ejus, aut caput ejusdem servi, aut aliud membrum tenens, dicebat, Hunc hominem liberum esse volo, et emittebat eum manu."

777. Auri plenam.] Hoc magis Latinum est quam *auro plenam,* ut monet Quinct. Lib. IX. cap. 3. Et ita Servius, ad

Virg. Æn. I. 460., observat *plenus* genitivo melius jungi. Sed videsis Burmannum ad loc. cit. Quinctil.

781. Lepide.] *Cunningly.* Supra 451.

785. Ita loquor.] Phrasis Comicis usitata. Conf. Amph. 869. Am. "Ego sum. Me. Quis ego sum? Am. *Ita loquor.*"

786. Eneca.] Supra 700.

INDEX

IN

AULULARIAM.

INDEX

VERBORUM ET PHRASIUM MEMORABILIUM.

A.

A ME. *A mea domo.* 526.
A pecunia haud perbene. 143.
Ab asinis ad boves. 192.
Abi, here! 781.
Abi in malum cruciatum. 413.
Abi tu modo. 413.
Abin' hinc, an non? 614.
Abs te. Pro *abs tua domo.* 295.
Abs te atque abs tuis innoxium. 178.
Absolutos. 471. 474.
Abstinebit censione bubula. 555.
Abstrudam probe. 538.
Abstuleras tibi. 589.
Accessit animus ad sententiam. 337.
Accipiam miseris modis. 584.
Accolæ, incolæ. 360.
Ad. (*In behalf of.*) 451.
Ad nos. (*To our house.*) 284. 288.
Ad salutem retinere. 549.
Ad senem parcissumum. 289.
Adaxint. 11.
Addidit custodem. 511.
Adeo. 600.
Adesses. Pro *adstasses.* 393.
Adglutinant. 758.
Adii manum. 332.
Admisit culpam in se. 747.
Adorna. (*Prepare.*) 114.
Advento. 103.
Adulescens. 692.
Ædes auferat. 43.
Æquos animus. 144.
Affectat eam viam. 530.
Affinem. 491.
Affinis meus. 427.
Affinitatem hanc obstinavit. 223.
Afflictas. 586.
Agat pulcram prædam. 564.
Agedum. 600.
Agninam caram. 328.
Agnus curio. 518.
Agri non magnum modum. P. 13.
Ain' tandem, ita esse? 254.
Alienum quemquam. 51.
Aliovorsum. 243.
Aliquanto. 494.
Aliqui. *Aliqua re.* P. 24.
Aliquid boni dicam. 625.
Altera manu fert lapidem. 152.

Altercatio est. 440.
Amabo. 101.
Amabunt me dii. 450.
Angulos omnes. 391. 506.
Animæ ne quid amittat. 259. 261.
Animi discrucior. 66.
Animo bono es. 689. 744.
Animos. (*Haughty spirit.*) 124.
Animum confirmare. 325.
Animum fraudavi. 682.
Animus æquos. 144.
Antehac. 349.
Anui peculiaris. 420.
Apollo. ἀλεξίκακος. 348.
Apparabas ut eriperes. 782.
Appetit. (*Approaches.*) 36.
Apud me. 200. 700. 779.
Apud nos. 44. 296. 311.
Apud te. 12.
Aquam aufugisse dicito. 55.
Aquam plorat profundere. 263.
Araneas illas servari volo. 48.
Araneis oppletæ. 45.
Arbitrarier. 561.
Arbitratu tuo. 601. 608.
Arbitror in rem tuam esse. 103.
Arcularii. 473.
Argentario. 482. 484.
Argus. 510.
Artem facere ludicram. 580.
Artoptam. 354.
Asellum me esse. 186.
Asseres. 311.
At scin', quomodo? 786.
At scin' quomodo tibi res se habet? 8.
At ut. *Indignantis.* 13.
Athenis. 767.
Attactam. 711.
Attat. 367. 619. 666.
Auctor sum. 207.
Aula. pro *olla.* 346. 535. 538.
Aulam. pro *ollam.* 344. 568.
Aulam auri. 720.
Aulam majorem pete. 344.
Aulam onustam auri. 565. 571.
Aureos montes. 655.
Auri plenam. 777.
Aurifex. 462.
Auro onustam. 766.
Aurum. (In cultu muliebri.) 454. 705.
Aurum huic olet. 173.
Aurum quid valet! 221.
Auspicio malo. 401.
Avidis. pro *avaris.* 440. 441.
Avido ingenio. pro *avaro.* P. 9.
Avius lucus. 628.
Avonculo. 638. 739.
Avonculus. 735.

B.

Bacchanal. 362. 367.
Bacchas. 362.
Bellum et pudicum vero. 241.
Bene me haberem. 326.
Benedice. 744.

Benigne. 602.
Benignius salutant. 75.
Bifariam. 238.
Blandius salutat me. 142.
Bona fide dic. 729.
Bona Fortuna si veniat. 61.
Bono animo es. 689. 744.
Bonum esse. 674.
Bovem te esse. 186.
Bubula censione. 555.
Bubulam caram. 328.

C.

Calceolarii. 466.
Cantat corvos. 578.
Cantheriis Gallicis. 449.
Cape numerum. 755.
Capere modum. 442.
Capessere condecet. 545.
Capio fustem. 423.
Caput sentiet. 379.
Carinarii. 464.
Cassam dote. 148.
Castrandum me cuivis loces. 207.
Caupones patagiarii. 463.
Causificor. 712.
Cave cuiquam indicassis. 562.
Cave intromiseris. 51.
Cave, sis, te videam! 614.
Cave, sis, tibi. 539.
Cavebo id. 532.
Cavet ne intromittatur. 62.
Cedit miles. 481.
Cedo. (*Give.*) 114. 589. 723.
Celo sedulo omnes. 74.
Censen' exorari potesse? 264.
Censione bubula. 555.
Cerebrum excutiunt tua dicta. 109.
Cererin' facturi nuptias? 308.
Cereris vigiliis. 752. P. 36.
Certiorem me fecit. 201.
Certo. 768.
Certum est. 100. 630. 635. 674.
Cetum. 329.
Cinædus. 376.
Ciniflones. 469.
Circumcirca. 422.
Circumspectatrix. 2.
Citis quadrigis citius. 554.
Clam omnes. P. 7.
Clamitant. 774.
Claudus sutor. 34.
Cocus nundinalis. 279.
Cogito solum locum. 627.
Cognosco esse bonum. 674.
Colas vitam bene. 144.
Collocavi me in arborem. 660.
Colo. (*Inhabit.*) pro *incolo*. P. 4.
Coloniam commutet. 531.
Colunt aureos montes. 655.
Comburere nostras ædes. 315.
Comitia de capite meo. 654.
Comminatus mihi. 371.
Comminisci. 30.
Committam ut siet. 404.
Communi de re. 157.

Commutet coloniam. 531.
Comparebas. 583.
Compedes. 556.
Compilor. 343.
Comprehendite. 300.
Compressit. P. 28.
Concessero ad januam. 620.
Conclavium. 392.
Concreduo. Ἀρχαικῶς. 540.
Condam hoc domum. 666.
Condecet capessere. 545.
Condigne. 419.
Condite in puteum. 301.
Conditione. (De nuptiis.) 430.
Conditionem accipe. 194.
Conduxi illum cædundum. 522.
Conduxit cocos. 236.
Confessu's mihi. 720.
Confige sagittis. 350.
Confodere jussi hortum. 200.
Congialem fideliam. 576.
Congrediri. 204.
Congrum. 353.
Conqueror meam pauperiem. 147.
Conscia. P. 38.
Consistam et colloquar. 428.
Consistunt. 77.
Conspicor. 342.
Constructio mixta. 397. 651. 754.
Contollam gradum. 770.
Controversia nulla tecum erit. 217.
Convenisse. 214.
Copia est. 210.
Copulantur dexteras. 77.
Coquinatum. 362.
Cor cœpit artem facere ludicram. 580.
Corbulis. 320.
Corinthiensem fontem. 514.
Cornibus incursent boves. 191.
Coronas. (Laribus donatas.) 339. P. 25.
Corvos ab læva manu. 578.
Corvos ni subvenisset. 623.
Cotidie. P. 23.
Crebro salicto oppletus. 629.
Crepuit foris. 619.
Creta et vestitu. 673.
Crocibat. 579.
Crocotarii infectores. 475.
Crocotis. 480.
Cruci discipulam. 20.
Cruciatum in malum abi. 413.
Crudum an coctum. 384.
Crux mala aliqua. 476.
Crux mala quæ te agitat? 585.
Culpam admisit in se. 747.
Culpam commeritum scio. 695.
Cultrum habes. 371.
Cum labore magno. P. 14.
Cumulatissume scelerum. 780.
Curiæ magister. 68.
Curialium. 136.
Curio agnus. 518.
Curiosam belluam. 517.
Custodem addidit. 511.

D.

Da mi operam. 101.
Dapsiles dotes. 124.
Dari. pro *daturum iri.* 483. 558.
Darium. (Regem.) 47.
Dat operam mihi. 653.
Datare consuetum. 591.
Date viam. 361.
De capite meo sunt comitia. 654.
De industria. 374.
De proxumo. P. 31.
De summo loco. P. 28.
De suo obsonari. 250.
Deblaterasti. 224.
Declinavi me extra viam. 665.
Decretum est mihi. 527.
Decumo mense post. 755.
Dedam discipulam cruci. 20.
Defecato animo. 40.
Deferam nomen tuom. 370.
Degam laborem. 122.
Deludis ut soles. 775.
Dem insidias. 616.
Deorsum. (Quietem significans.) 321.
Deorsum duco. 662.
Deos credo voluisse. 699. 700.
Deponat vino. 530.
Desquama pisces. 352.
Detrusti me. 289.
Deus mihi impulsor fuit. 694.
Dexteras copulantur. 77.
Diabathrarii. 467.
Dicam tibi scribam. 716.
Die uno. 31.
Differam. 400.
Digitum transvorsum. 18.
Dignam te ut ætatem exigas. 4.
Dii bene vortant! 213. 228.
Dii, deæque, quantum est. 742.
Dimidiam partem. 724.
Dimidium obsonii. 247.
Discipulam cruci. 20.
Discrucior animi. 66.
Dispartirem obsonium. 238.
Dispartivisti. 285.
Disputata est ratio. 484.
Divitior quis me? 766.
Divorti si quid fuat. 190.
Dixis. pro *dixeris.* 701.
Donicum. pro *donec.* 19.
Dotata est satis. 196.
Dote cassam. 148.
Dotes dapsiles. 124.
Ducant domum. 434.
Ducat domum. 567.
Ducat eam. (Uxorem.) P. 33.
Dudum. 639.
Duas. pro *des.* 195.
Duim. pro *dederim.* 626.
Duit. pro *dederit.* 23.

E.

E proxumo. 246.
Ea gratia. 223. P. 32.

Eampse anum. 771.
Eburata vehicla. 125.
Eccas. 595.
Eccillam. 738.
Eccum. 134. 427. 491. 619.
Ecquid. P. 16.
Ecquid agis? 590.
Ecquid audis? 226.
Edepol. 687. 721.
Edepol næ. 535. 564.
Edidi rationem cordi. 336.
Edit. pro *edat*. 626.
Effert foras. 619.
Efferundum loces. 523.
Effodiam oculos. 14. 146.
Effodio aulam auri plenam. 663.
Egone ut te advorsum mentiar. 644.
Ejulans. 273. 684.
Ejulas. 753.
Eleusium. 287.
Elinguandam dedero. 206.
Emicare in pectus. 581.
Emissitiis oculis. 2.
Emittam manu. 780.
Emitti manu. 779.
Emortuom. 615.
Ἐν διὰ δυοῖν. 673.
Eneca. 786.
Enecem te in nervo. 700.
Enim. (Elliptice.) 454.
Eo. (*On that account.*) 197.
Eo lavatum. 534.
Eradicarier. 256.
Erga te peccavi. 749.
Estne. pro *sitne*. 26.
Etiam. Ἔτι. 16.
Etiam rogitas? 587.
Euge, euge. 631.
Ex insidiis. 23.
Ex paupertate. 163.
Ex proxumo. 354.
Ex sententia. 544.
Excipies furem. 732.
Excusemus. 706.
Excutedum. 600.
Exemi ex manu manubrium. 425.
Exeundum tibi est. 1.
Exi, inquam! 1.
Exigas malam ætatem. 4.
Exornatis nuptiis. 741.
Exossata fac sient. 353.
Exspectabam inde. 661.
Extempulo. 54.
Extinguere tu. 54.
Extingui volo. 52.
Extra murum. 628.
Extrudit foras. P. 38.
Extrusisti ex ædibus. 5.

F.

Faba. 775.
Fac mentionem. 638.
Face. pro *fac*. 111.
Faciam. (Sacrificabo.) 576.
Faciam te, miserrumus uti sis. 397.

Facin' mi injuriam? 597.
Facinus. 570. 690. 753. 778.
Facinus audax. 414.
Facta velle me. 640.
Factiones. 124.
Factiosum. 184.
Factu optumum. 537.
Facturi. pro *sacrificaturi*. 308.
Falsa sum. 84.
Famem utendam. 266.
Familiarem rem tuam. 95.
Fassus es modo. 784.
Fastidit mei. 201.
Fateor. 691. 695.
Fatere. 598.
Faxim. 374. 448.
Faxint. 213.
Faxo. 533.
Feci, ut reperiret. P. 26.
Fecit indicium. 625.
Fecit verba. 451.
Ferre onus pariter. 187.
Festo die. 334.
Fiat. 198.
Fide. (*Character.*) 170.
Fidei fanum. 538.
Fidei maxumam fidem. 621.
Fidei meæ causa. 82.
Fideliam. 576.
Fidem divom atque hominum. 255.
Fieri infectum non potest. 698.
Filiæ in nuptiis. 495.
Fissile caput. 394.
Flammarii. 464.
Floreas coronas. 339.
Focum. 393.
Fodi latus. 372.
Fœmina optuma. 96.
Follem obstringit ob gulam. 258.
Foras feratur. 113.
Foras, foras. 582.
Foris crepuit! 619.
Fortuito. 120.
Fortuna bona si veniat. 61.
Fraudavi. 681.
Frugi quasi sint. 673.
Frugi servi. 542.
Fuat. 190. 380.
Fugin' hinc ab oculis? 614.
Fullo. 462.
Fumus si qua exit. 257.
Fur trifurcifer. 281.
Furem manufestarium. 423.
Fures thesaurarios. 350.
Furum implevisti. 507.
Fustem si cepero. 9.

G.

Gallicis cantheriis. 449.
Gallum. 355.
Gallus gallinaceus. 419.
Gemiti. pro *gemitus*. 678.
Genium meum fraudavi. 682.
Germanam sororem. 83.
Geryonaceo genere. 509.
Glabriorem. 356.

Gloriam. (Splendorem.) 496.
Grandem. (Ætatem.) 171.
Grandem virginem. 148.
Grandibo gradum. 10.
Grandior est. 116.
Gratias agit haud male. 612.
Gregem venalium. 406.
Gulam interstringam. 613.
Gutturem inferiorem. 260.
Gymnasium habuit me. 364.

H.

Habet. pro *habitat*. P. 5.
Habuit me gymnasium. 364.
Hæc. pro *hæ*. 487.
Harpagatum est aurum. 158.
Haud falsa sum. 84.
Haud non velles. 242.
Hei! 177.
Herilis filiæ probrum. 35.
Heus. *Vocandi interjectio*. 304. 410.
Heus, te voco! 225.
Hominem pauperem. 72.
Hominum mendicabula. 657.
Homo mendice. 377.
Homo trium litterarum. 280.
Honorem haberet. P. 17.
Huccine. 289.

I.

Ictus metricus. 173.
Ille rex Philippus. 658.
Illexit. 694.
Illic. pro *ille*. 142. 564.
Illico. 70.
Illocabilem. 148.
Illuc regredere. 7.
Imo, eccillam domi. 738.
Impartire. P. 19.
Impendio. P. 18.
Impera. 102. 150.
Impero auctorque sum. 207.
Impetrassere. 641.
Impetratum. 649.
Implevisti furum. 507.
Imponentur in foco. 340.
Imprudens. 749.
Imprudenti. 23.
Impulsor Deus fuit. 694.
Impulsu adulescentiæ. 752.
Impurate. 313.
Impuris illis. 332.
In faba. 775.
In herum matura. 545.
In manum. 9.
In rem esse. 90.
In se sera. 545.
In vado salutis. 760.
In viros. 69.
Inaniis oppletæ. 45.
Inaudisse. 222.
Incedit. 8. 427.
Incedunt. 475.
Incolæ, accolæ. 360.
Incommoditates. 488.
Indeque exspectabam. 661.

Indicabis. 731.
Indicant caros. 327.
Indicassis. 562.
Indicium fecit. 145. 625.
Indipisces. 732.
Indotatas ducant uxores. 434.
Indusiarii. 463.
Infectores crocotarii. 475.
Infectum fieri non potest. 698.
Inferi cœnati. 322.
Inhiat aurum. 151.
Inhiat id. 223.
Injicit manum. 154.
Injuria. (Injuste.) 284.
Injurium est. 653.
Innoxium abs te. 178.
Insatietatibus. 441.
Inscendam aliquam in arborem. 632.
Insidias dem. 616.
Insimulas. 244.
Inspicere exta. 520.
Intemperiæ. 32. 596.
Interbibere. 513.
Interdius. 33.
Interstringam gulam. 613.
Intervisam. 159. 317.
Introduce. pro *introduc.* 406.
Intromiseris. 51. 61.
Intromisisti in ædibus. 508.
Intromittatur. 62.
Intromitti volo neminem. 60.
Inveniam. 574.
Investigare cum animo. 669.
Invidia minore utamur. 436.
Ipsus. pro *ipse.* 310. 368. 485.
Istuc. pro *istud.* 641. 649. 690. 701. 704.
It dormitum. 258.
It petitum gratiam. 203.
Ite nunc. 405.
Item. pro *contra.* 184.
Item. pro *ita invicem.* P. 20.
Itur. 482.

J.

Juno. 511.
Juno Lucina. 646.
Jupiter me faciat quod volt. 733.
Jupiter te diique perdant! 612.
Jusseram. pro *jussi.* 651.
Jusserat. pro *jussit.* 634.
Jussero. 396.
Jussi confodere hortum. 200.
Jussit mittere. 307.
Juxta mecum. 636.

L.

L. Littera longa. 38.
Læva manu. 578.
Lævam. (manum.) 604.
Lanarius. 462.
Lapidem fert altera manu. 152.
Lapides loqueris. 110.
Laqueo obstrinxero. 39.
Lar familiaris. P. 2.

Large blandus est. 153.
Lari nostro. 340.
Larüæ hunc agitant. 596.
Latebris. 563.
Laterna Punica. 521.
Latus fodi. 372.
Lavabo, ut rem divinam faciam. 566.
Lavatum eo. 534.
Laverna. (Dea Furum.) 399.
Lege agito mecum! 412.
Leges de matrimonio. 715. 750.
Leges jubent. 750.
Legibus his. 114.
Legibus illis. 211.
Lenoni sat est. 515.
Lepide. 451. 781.
Lepidum diem. 658.
Licet. (*Well.*) 283.
Limbuarii. 473.
Linguam præcidam. 146.
Linteones. 466.
Litteram longam. 38.
Locassim. 185.
Loces efferundum. 523.
Loco summo. (natus.) P. 28.
Loquaces multum. 85.
Luce claro. 705.
Lucina. 646.
Luco. 569.
Lucus Silvani. 628.
Ludicram artem. 580.
Ludius volsus. 356.
Ludos facias. 209.
Lumbrice. 582.

M.

Macet cura. 519.
Machærio. (Coquus.) 352.
Mactant malo. 490.
Madidum. (Ebrium.) 528.
Magis mollior. 376.
Magister Curiæ. 68.
Mala crux aliqua. 476.
Mala malitia. 172.
Malæ rei. 29.
Malam ætatem. 4.
Malam rem. 437. 635.
Malefactum. 372.
Malo cum magno. 379.
Malo meo. 683.
Malum. (*The plague.*) 383.
Malum mœrorem. 235.
Mane, mane. 609.
Manu emittam. 780.
Manu emitti. 779.
Manu me mittat. 773.
Manubrium. 425.
Manufestarium. 423.
Manulearii. 465.
Manum dexteram. 603.
Mavelim. 615.
Me haud pœnitet. 388.
Mecastor. 28.
Media ætas. 116.
Memorare nolo. 657.

Mendicabula hominum. 657.
Mendice homo. 377.
Mentionem fac. 638.
Mentionem fecero. 161.
Meo malo. 683.
Mercedis tuæ gratia. 314.
Metuant. 437.
Metuo ne. 563.
Meus ordo. 189.
